



A 69 154

V. 27,200.

22

N 101

Liber Bibliothecae Academicae  
publicae Senkenbergianae.

Rep. ~~XXVIII~~ No. 12.

K. 23


A.  
B.  
C.  
D.  
E.  
F.  
G.

- A. De amandis pauperibus, Gregorii Nazāzeni  
Episcopi et Theologi sermo. - - - - - 1519.
- B. Illustrium virorum epistolae, Hebraicae,  
Graecae et Latinae ad Joannem Reuchlin - 1519.
- C. Tractatus de duabus Sarmatis Asiana et  
Europiana et de contentis in eis. - - - - - 1518.
- D. De donatione Constantini pp.
- E. Constantinus Magnus Rom. Imp. Joanne Reuchlin  
Phorcensi interprete - - - - - 1513.
- F. Bartolomaei Coloniensis, Dialogus mythologicus. 1515.
- G. Pronosticon auctore M. Alfresant - - - - - 1519.  
a 1424 - 1540

A 67 1521




A dñi 1521



DE AMANDIS PAU  
peribus, Gregorij Nazā-  
zeni Episcopi &  
Theologi  
sermo.

Eiusdem ad uirginem ad-  
monitorius.  
Eiusdem laudes Macca-  
baeorum.

Interprete Io. Oecolampa-  
dio concionatore Au-  
gustensi.



Cum priuilegio Imperiali.

*Handwritten signature or note at the bottom of the page.*

DOMINO BERNARDO ET DOMINO  
Chunrado, Adelmannis de Adelmansfelden fra-  
tribus, Augustæ Vindelicorū Canonicis  
tam uirtute quam genere nobilibus  
Oecolampadius, S.

**I**Terum specimen aliquod, si non ingenij, certe grati-  
tudinis exhibiturus, Adelmāni uere nobiles, sermo-  
nem diui Gregorij Nazanzeni *περὶ φιλοπρωχίας*. id est de  
amandis pauperibus, nuper latinitate donatū in uulgus  
prodire facio, uestro potissimum gloriabundū patroci-  
nio. Qui tametsi longe inferior sit, quā quale munus ue-  
stra in me beneficia, uirtutesq; merentur, uix tamen alius  
tutelari uestro fauore dignior. Siquidem de ea uirtute  
agit, qua uos cum primis spectabiles, cuiq; Christianos  
omnes, maxime deditos esse oportet. Eius uero autho-  
ris est, quo inter Theologos nemo eloquētiōr, inter elo-  
quentes nemo magis theologus. Sed & quod ad nos  
attinet, digna satis fide, licet citra superstitionem, mune-  
re nostro functi sumus. Proinde paruitatem muneris uel  
argumenti dignitas, uel authoris compenset eminētia.  
Quod si nihil aliud nobis lectorem demerebitur, uel id  
unū, quod libellus, qui blattas & tineas, ut aiunt, nuper  
pascebat, cuiusq; paucis græce, paucioribus, immo nul-  
lis quod ego sciam, latine hactenus copia fuit, hodie  
nostra lucubratiuncula luci asseritur, id quod & mihi &  
uobis optimis patronis honorificū magis quam inuidi-  
osum fore confido. Valete, Augustæ, Anno domini,  
M. D. XIX, idibus Febru.

DIVI GREGORII NAZANZE  
 ni Episcopi & Theologi, de Aman-  
 dis Pauperibus sermo, In-  
 terprete. Io. Oeco-  
 lampadio.

**V**IRI fratres & commendici, sumus em̄ om̄es  
 nes mendici, diuinęq; gratiæ indigi, tametsi  
 alij alios paruis quibusdam mensuris antecellere ui-  
 deamur, accipite, queso, hunc de amandis pauperi-  
 bus sermonem, non contemptim, sed auide, ut res-  
 gnum sint uestrę diuitiæ. Simul autem precemini,  
 ut non solum nos. ( Siue e coelo alimēta pluamus, &  
 panem angelorū largiamur, ut Moses ille priscus,  
 siue paucis ad facietatem usq; . multa millia pasca-  
 mus in solitudine, ut postea Ihesus uerus ille panis,  
 ueręq; uitę author. ) sermonem illū uobis largiter  
 suppeditemus, sed ut animæ uestre etiam uerbo  
 pascantur, & ut esurientibus spiritualis panis franga-  
 tur. ¶ Equidem haud facile occurrit quęnam ni-  
 ter uirtutes, principatum teneat, cuiq; palma & præ-  
 cipiuis honos debeat, sicut nec in florulento &  
 odorifero prato, statim quis formosissimū, fragran-  
 tissimūq; flosculum signabit, cum singuli obtu-  
 tum & odoratum in se rapiant, primiq; decerpi am-  
 biant. Pulchra est fides, pulchra spes, pulchra chari-  
 tas, pulchrę sunt tres illę. Etenim testis fidei Abra-  
 ham, e fide iustificatus, Testis Spei, Enoch, qui pri-

A ij

mus sperauit inuocando dominū . Similiter & omnes iusti, spe tot afflictiones tolerarunt. Testis Charitatis, diuus ille Apostolus, qui propter Israelē etiā aduersus seipsum loqui aliquid ausus est. Et deus ipse charitas uocatur. Pulchra est Hospitalitas, idq; testatur inter iustos Loth Sodomites, & non Sodomites moribus, inter peccatores autem Raab meretrix, & non meretrix professione, quæ ob fidem in hospites & commendata & seruata est. Pulchra est Fraternalis beneuolentia, idq; testimonio Ihesu, cui parum erat fratrem nostrum uocari, nisi & pro nobis pateretur. Pulcher est Amor erga homines, eodem Ihesu teste, qui inter cætera bona opera condito homine, non contentus erat, imaginem illam, qua duce pulcherrima indagamus, cumq; ijs quæ supra nos sunt commerciū habemus, huic pulueri ad sociasse, nisi ipse etiā nostri causa homo fieret. Pulchra est longanimitas, illo ipso teste, qui non solum legiones angelorum, ad reprimendos eos qui in se tanta crudelitate insurgebant, petere noluit, neq; solum, arguit Petrum quod gladium strinxisset, sed & auriculam saucio restituit. Id ipsum & Stephanus Christi discipulus postea fecit, cum oraret, pro ijs qui se lapidabant. Pulchra est Mansuetudo, ut Moyses & Dauid præ alijs testati sunt. Item & magister horū qui non contendebat, neq; clamabat, neq; in plateis uocem suam dabat, neq; ducentibus se reluctabatur. Pulcher est Zelus, uel ob Phinees testimonium

Lo

Loth  
Raab

qui ut tolleret ex filijs Israel opprobrium, Madiani-  
 tidem una cum Israelite confodit. Et post illum te-  
 stantur, quorum hæc sunt dicta. Zelando zelavi do-  
 mino, & Aemulor uos æmulatione dei, & Zelus  
 domus tuæ comedit me. Id quod tam patiendū  
 quam dicendo declararunt. Pulchra est Castigatio  
 corporis. Et psuadeat te Paulus, sui ipsius adhuc pæ-  
 dagogum agens, terrensq; per Israelē eos qui in-  
 dulgentes corpori, in seipsis confidunt. Ihesus quo-  
 q; qui & ipse ieiunijs se affligebat, & cum tentare-  
 tur tentatorem uincebat. Pulchræ sunt Oratio & Vi-  
 giliæ. Et psuadeat te, Ihesus, qui antequam patere-  
 tur, uigilabat & precabatur. Pulchræ sunt, Castitas  
 & Virginitas. Et psuadeat te, Paulus, qui cum le-  
 gem conderet, iusta connubijs, coelibatūq; præmia  
 statuit. Quin & ipse Ihesus e uirgine natus, & natiui-  
 tatem honestauit, & uirginitatem honestiorem red-  
 didit. Pulchra est Continentia, Et psuadeat te Da-  
 uid, qui a fonte Bethlehemitico sibi tēperabat, aqua  
 tantum delibata, non ferens desyderium suum, alie-  
 no sanguine expleri. Pulchræ sunt Solitudo & Qui-  
 es. Et doceat me Carmelus Eliæ, eremus Iohannis,  
 mons Ihesu, in quem eum subinde secessisse, & per  
 quietem sibi ipsi factum propiorem, manifestum  
 est. Pulchra est Frugalitas. Et docet me Elias apud  
 uiduam refocillatus. Iohannes, camelorum pilis te-  
 ctus. Petrus, obolaribus lupinis uictitans. Pulchra  
 est Modestia, cuius cū multa sint exempla, ante alia

tamen dominus & saluator omnium, qui cum usq[ue]  
in serui figuram se humiliasset, non modo facie, spu-  
torum immanditiem excepit, & cum iniquis repu-  
tatus est, licet mundū a peccato purificet, sed etiam  
discipulorū pedes in seruili habitu abluuit. Pulcher  
est, Facultatum & pecuniarū contemptus. Et testis  
est Zachæus, ac Christus ipse, ille enim ad ingres-  
sum Christi ferme omnia obrulit. hic autem diuis-  
ti, perfectam uitam, hac uirtute definiuit. Et ut suc-  
cinctius de ijs loquar, Pulchra est Contemplatiua,  
Pulchra est & Actiua uita. Illa enim hinc exurgit, &  
in sancta sanctorū secedit. Hæc uero Christo in do-  
mum suam excepto ministrat, operibusq[ue] suis ocio-  
sum amorem reprehendit. Omiū harum una quæ-  
dam salutis est uia, quæ ad æteruam aliquam & bea-  
tam mansionem perducit. Equidem, ut uaria uitæ in-  
stituta, ita & multe apud deum mansiones, quæ pro  
suo cuiq[ue] merito, distribuuntur. Et ille quidem hanc  
uirtutem recte excolit, alius aliam. Alius item mul-  
tas, alius uero omnes quantum possibile est. Id mo-  
do unum curæ sit, ut progrediatur, ut anteriora ani-  
mo aduertat, ut contendat per angustā portam, quæ  
in latifundia beatitudinis quæ post hanc uitam futu-  
ra est, inducit. ¶ At cum Charitas, ut primū & maxi-  
mum inter mandata, necnon ut summa legis ac pro-  
phetarū, ei q[ui] Paulo & Christo fidē adhibet, ample-  
ctenda, nimirum si beneuolentia in pauperes, mise-  
ricordiæq[ue] & comparsio erga cognatos & humanæ

*Charitas*

2  
naturæ participes præcipuæ ipsius partes primæ se-  
e offerant. Nulla etenim re perinde atq; miseri-  
cordia, deum nobis conciliamus. Cui non sit alia,  
peculiarior misericordia, Quem misericordia & ue-  
ritas præcedunt, Apud quem iudicio misericordia  
præfertur, Qui misericordiæ opera in bilance pon-  
derat iuste remensurus, Quem nihil humano gene-  
ris præstat tam amicū, quam noster ille in homines  
amor. ¶ Omnibus itaq; pauperibus aperienda ui-  
scera, uel ob qualemcunque causam afflictis, iuxta  
mandatū, quo præcipitur. Gaudendū cum gauden-  
tibus, flendum cum flentibus. Et quia homines su-  
mus, humanitatis symbolum hominibus exhibere  
debemus, ut cunq; opus habeant, siue uiduis, siue pu-  
pili, siue natalis soli extorres, siue etiam experti cru-  
delitatem dominorū, siue ferociam principum, siue  
inhumanitatē questorum, siue homicidia latronum,  
siue insatiabilitatem furum, siue bonorū publicati-  
onem, siue naufragiū. Omnes enim similiter in ma-  
nus nostras respiciunt, sicut & nos, si quibus indige-  
mus, in manus dei. ¶ Inter illos, citra meritum affli-  
cti, miserabiliores sunt, quam quibus ob culpam su-  
am sinistre succedit. Maxime uero miserabiles, qui  
sacro morbo absumpti, & qui. ( ut nonnullis impre-  
candi mos est. ) exesit prope, carne, ossibus, & me-  
dullis, a molesto, uili, & infido corpore destituuntur.  
¶ Cui corpori, quo pacto ad sociatus sum, & quo-  
nam pacto, cū imago sum dei, tam abiecto luto con-

Ro. 12

fermentor, nescio. Quod & si bene habitū, & ne infestatum quidem, hostiliter tamen infestat. Quod, ut conseruum diligo, ut hostem, auersor. Quod ut catherā fugio, ut cohæredem reuereor. Abolere illud enitor, & nō habeo, cuius opera ad pulcherrima cōsequenda utar, cum tamen me non lateat, quare sim natus & quod ante deū rationem de operibus meis redditurus, statuendus sim. Indulgeo illi, ut cooperatorio, & nescio, quo pacto insultus & rebellionem ipsius effugiam, aut quo pacto, a deo minus excidā, compedibus illis vsq; in solum detrahētib; grauatus. Inimicus enim est blandus, & amicus insidiator. Oraram copulam, o mirum dissidium. Quod timeo, foueo, quod amo, timeo. Antequam prælum ineatur, reconcilior, & antequam firmetur pax, dissideo. Quænam hæc de me reconditior sapientia? Quod hoc magnum sacramentū? An uult, ne nobis, qui dei portio sumus, superneq; defluximus, tanta dignitate inflatis, cōtemptui sit conditor, sed ad eum, interim dum luctamur & pugnamus cum corpore, semper respiciamus, cognoscentes nos esse pariter maximos & humillimos, terrenos & celestes, hæredes lucis, & tenebricosi ignis, quorum sum quorsum scilicet uergimus. Eiuscemodi est temperatura nostra, talibusq; ut mihi uidetur, causis, ut si quando imaginis nobilitate extollimur, pulueris humilitate iterū nos demittamus. ¶ De his philosophetur, quisquis uolet, nos quoq; , ubi opportunius fuerit

5

riuales erimus. Nunc ad sermonis institutum redi-  
mus, licet obsepti doloribus, quos partim in carne  
nostra, partim in alienis infirmitatibus experimur.  
Habenda itaque, o fratres, cura corporis, quod  
& cognatum est nobis, & nostris simul occupatur  
ministerijs. Quod tamen si affectione incitatus uti  
hostem accusavi, uerū tamen, ut amicū, ob eum qui  
nos copulauit amplector. Curanda etiam, quæ pro-  
ximorū uel bene uel male habentium, non minus,  
quam nostra. Omnes enim unum sumus in domi-  
no, siue diues, siue pauper, siue seruus, siue liber, siue  
sano, siue ægro corpore, unumq; caput omnium, ex  
quo omnia Christus. Et quod sibi inuicē sunt mem-  
bra, hoc singuli singulis, & omnibus sint omnes.  
Proinde non despiciamus, neq; contemnamus eos  
qui priores in ualitudinem, quæ communis esse po-  
test, inciderūt. Neq; fratribus despectis, corpora no-  
stra, si bene habeāt, magis amemus, neq; si ægre, ma-  
gis lugeamus. sed beneuolentiā erga illos, unam, se-  
curamq; tum corporis, tum animæ incolumitatem  
existimemus. ¶ Ea in hunc modum dispicere licet.  
Sunt quidam, hac sola re miserabiles, quod inopia  
premutur, quam forte breui, aut tempus, aut labor,  
aut amicus, aut cognatus, aut rerum uicissitudo dis-  
soluet. Alij, non minus ijs, immo longe amplius mi-  
serabiles, siquidem dum seipsos iuuare laborādo eni-  
tuntur in extremas etiam corporis necessitates dedu-  
cuntur, semperque magis terrentur incrudescentis

b

Miseri

morbi metu, quā animentur bonæ ualitudinis spe,  
tantum abest, ut spes, quæ unicum aduersitatis est  
remedium, illis uel aliquid afferat adiuuenti. Acce-  
2 dit autem ad egestatem morbus, malum alterum,  
neq; inter mala postremū, sed grauissimū, maxime  
q; deprecandū, quod & plæriq; inter maledicta im-  
3 precari consueuerunt, Est & tertium incommodum  
quo nonnulli miserabiles sunt. quos nec accedere,  
nec spectare uicinis licet, sed contemnūtur, ut fuga-  
ti, ut abominati, ut ἀπορροπαῖοι, hoc est, ad aliquod  
malum publicum amoliendum, in sacrificium desti-  
nati. Id quod illis morbo ipso grauius, cum intelli-  
gant se calamitate sua, etiam odio haberi. ¶ Horum  
ego dolorem, non sine lacrymis fero. adeo ut & me-  
moriam confundar. Tale quid uos quoq; sentire uel-  
letis, ut lacrymis lacrymas fugetis. Nec ambigo,  
quin ex præsentibus, quotquot aut Christi, aut pau-  
perum amatores, & diuinam illam miserendi grati-  
am a deo assequuti sunt, simili tangantur affectione.  
Estote & uos doloris huius testes. ¶ Propositū est  
ante oculos nostros spectaculum triste, dignū com-  
miseratione omnibusq; qui non uiderunt incredibi-  
le. Homines mortui & uiuentes, plærisq; corporis  
partibus demutilati, parū cognobiles quinam olim  
fuerint, aut unde sint. Eos rectius appellaremus pri-  
stisorum hominū reliquias. Narrant patres & ma-  
tres & fratres, & locos, qbus agnosci possent. Ego  
illius filius, illa mihi mater, hoc mihi nomen, & tu

mihi amicus olim, & familiaris. Et id quidem agūt,  
 dum nihil reliquum ueteris figuræ retinent, quo  
 possint internosci. Homines, circumcircacti, desti-  
 tuti pecunijs, affinitatibus, amicitijs, corporibusq̃  
 ipsis. Homines, soli omnium, qui sui ipsorum miserentur  
 pariter & odio tenentur. Nesciunt utras magis  
 lamententur, eas ne partes, quæ iam non sunt cor-  
 poris, an quæ adhuc superstites, Eas ne, quas mor-  
 bus antea depastus est, an quæ morbo reseruatę. Illæ  
 enim infeliciter absumptæ, hæ uero infelicius saluæ  
 Et illæ quidem disparuerunt, ante quam sepelirentur.  
 has uero non est, qui dignetur sepultura. Iam qui  
 alioqui benignus est & humanitatis studiosus, erga  
 hos tamen est stupidissimus. Et hac una in re obli-  
 uiscimur, nos quoq̃ carnos, & corpore humilitatis  
 circumamictos, securitatemq̃ putamus, si illos fu-  
 gerimus, quorū corpora, utpote nostri generis, non  
 minori cura, quam nostra ipsorum curare tenemur.  
 Est qui ad pridem mortuū, iamq̃ frigidum accessit.  
 Est qui brutorum animantium putrescentia gestauit  
 corpora Est qui cœno onerari sustinuit, at hos pro ui-  
 rili fugimus. O inhumanitatem. Fere ægre ferimus  
 quod eadē uescimur aura. Quid patre germanius?  
 & quid matre compatientius? Excluserunt & illi Na-  
 turam. Ecce pater filium suum quem genuit, quem  
 educauit, quem se habere oculū uitæ putabat, pro  
 quo multa & sæpe deo precatus est, eū licet ploret,  
 abigit tamē, & illud quidē sponte, hoc autē crudelis

ter. Et mater, cuius viscera, memoria doloris partus, rumpuntur, eiulat ualde miserabiliter, anteq̃ illum stans lamentatur, tanquam mortuū uiuentem, & dicit. Infortunatæ matris infortunatæ fili, quem (heu quam acerbe) morbus mihi aufert. Fili miserande, fili parum agnite, fili quem præcipitio & montibus, & solitudinibus educaui, cum feris tibi habitandū. Saxū aliquod præminens te ab imbris proteget. Nec te ulli mortalium, præter pietissimos uisuri sunt. Ingeminat etiam tragica illa diuini Iob uerba. Quãobrem formatus es in utero matris, & de ventre egressus non mox peristi, ne uitæ cursu mortem præuorteret. Quãobrem non existi abortiuus, ante quam huius uitæ mala degustares. Quãobrem exceptus es genibus. Quid profuit luxisse mām, cum tam miseram acturus esses uitam, adeoq̃ morte ipsa molestiorem. Hæc fatur misera, & cum irrorantibus lacrymarū fontibus amplexari cupit, tum pueri carnem, ceu hostilem exhorrescit. ¶ Accedunt ad hæc, non tam aduersus fonteis, quam afflictos publicæ declamationes & persequutiones. Homicidam sane quis contubernalem habuit. Adulterū quis, non tecti solū, sed & mensæ & uictus participē fecit. Sacrilegum quis excepit, & eiuscemodi uitij laborantem inter familiares recensuit. Illius autem etiam nū̃ innocentissimi morbū ueluti crimen auersatur. Itaq̃ plus iniquitati quam ægritudini tribuitur. Et inhumanitatē quidem, ceu rem liberam, fauore, cōmiserat

Iob 3 1

rationem uero, ceu turpē, ignominia prosequimur.  
**¶** Abiguntur ab urbibus, abiguntur a domibus, foro, concionibus, triuijs, conuentibus, cōuiujs, pro dolore, aqua ipsa. Fontes cæteris mortalibus communes, illis non fluunt. Fluij non nihil illorum inquinamenti infici creduntur. Et quod uix quis opinaretur, abigimus ut scelestos, iterumq; cum nihil nos offenderint, ad nos reuocamus, cæterū illis neq; domū assignamus, neq; alimēta necessaria distribuimus, neq; curā uulneribus, neq; uelamina quibus morbo cōtegatur, impendimus. Qua ppter oberrāt noctes & dies, inopes, nudi, sine domicilio. Morbū indicant. Pristinam suam fortunā enarrant. Conditorum inuocant. Ingeniose aliorū membris, profusis quæ amiserūt, mutiter utuntur, misericordiamq; efflagitantes poscunt aut pauxillū panis, aut obsonium tenue, aut rudem pannū, quo uel consulant uerecundia, uel uulneribus fomentū admoueant. Videturq; illis benignus non modo qui largitur, sed & quicumq; non acerbe eos dimiserit. Compluscūli ex eis, ne a concionibus uerecunde abstineant, per egestatem se ingerere coguntur. Concionibus inquam, illis popularibus & sacris, quas nos in salutem animarum nostrarū adinuenimus, nempe cum aut ob sacramentū aliquod cōuenimus, aut ut martyrum festa agentes, quorū certamina ueneramus, pietatē quoq; imitemur. Et illi quidem, quamuis & ipsi sint homines, uerentur ob calamitatem suam humanos

*Paupes cum visui  
nostro obiciuntur*

uultus, malletque aut in montibus, aut præcipitijs,  
aut syluis, aut denique nocte ac tenebris delitescere.  
Veruntamen sicut orus miseratione, & lacrymis  
dignum in medium proijciuntur. Fortassis & illud  
haud absque ratione euenit, tum quod sunt imbecillia-  
tatis nostræ monimenta, tum quod docemur ne præ-  
sentibus, ac uisibilibus rebus, tanquam stabilibus innita-  
mur. Proijciuntur inquam, alij humanæ consuetudi-  
nis desiderio, alij ut tenue quoddam uitæ uaticinium  
delicatis emendicent, omnes autem, ut lamentationi-  
bus suis apud populū effusis aliquanto leuius habe-  
ant. ¶ Quem non permoueat planctus illorum com-  
modulantiū tam triste tibicinium. Quæ auris feret  
hunc auditū. Quis oculus id spectaculi non abhor-  
rebit. Iacent inter se sine ordine, utcumque eos coniu-  
xit morbus. Et alij alia de calamitatibus suis ad pro-  
uocandam misericordiam in mediū conferunt, sua in-  
ter se coaceruantes mala. Ob ualitudinē miserabiles,  
ob mutuam cōmiserationem longe miserabiliores,  
Stipantur autem promiscuo spectatorum uulgo, qui  
condolent quidem, sed frigidius & ad tempus. In-  
terim illi ad pedes uoluuntur hominum, uexati sole  
ac puluere, nonnunquam etiam intractabili frigore  
& imbribus & turbinibus, obstrepero tamen clamo-  
re non tam ualent, quam nos, illorum contactum  
abominamur. Sanctis item templi carminibus, men-  
dicantium occinit eiulatus, aduersusque mysticas uos

ces miserabilis luctus oboritur. ¶ Et quid opus, totam illorum calamitatem, apud homines diem festum agentes narrando persequi. Fortasse uobis quoque lamentum mouebo, doloris magnitudine, festi letitiam exuperante, si diligenti tragœdia persequutus fuero singula. Verum enim uero hæc dixerim, si quidem necdum satis persuadere uos potui, quod sit nonnumquam moeror uoluptate preciosior, & præferenda plausui tristitia, lacrymæque risu insano commendatiores. ¶ Talis quidem illorum est tragœdia, & longe etiã quam dixi tristior. Illorum inquam, qui si deus spectetur, fratres nostri sunt, uel reuētibus nobis. Ipsi eandem, quam nos sortiti naturã. Ipsi ex eodem, quo nos, luto compositi. Ipsi nervis & ossibus, sicut nos, impaginati. Ipsi cute et carne sicut nos amicti, id quod alibi diuus Iob, cū inter agrotandum sapientiæ studio uacaret, nobisque rem, ut sese habet, distingueret, ait Immo his amplius, modo liceat, addamus. Ipsi, quantum ad imaginem attinet, idem, quod nos acceperunt, & fortasse, licet corruptis sint corporibus, diligētius tamen quã nos custodiunt. Ipsi eundem Christum secundum interiorem hominem induti sunt. & quia crediderunt, eundem arrabonem spiritus quem & nos. Ipsi earundem nobiscum participes fuerunt, legum, oraculorum, testamentorum, communionum, sacramentorum, pollicitationum. Pro ipsis quoque Christus, qui totius mundi peccatum repurgauit, mortuus est.

*Pauperes fratres nostri*

*Azzabo*

Ipsi etiam cohæredes sunt supernæ uitæ quamuis  
præsenti felicitate exciderint. Ipsi adtumulati Chri/  
sto simul cum eo resurgunt, siquidem patiuntur, ut  
& conglorificentur. ¶ Quid nos autem? qui tanti,  
tamq̃ magni nominis hæredes facti sumus, cogno/  
mine Christiani, gens sancta, regale sacerdotiũ, pecu/  
liaris populus & eximius, æmulator bonorũ saluta/  
riumq̃ operum, discipuli mitis beneuolique in homi/  
nes Christi, qui & nostras infirmitates tulit, qui hu/  
miliauit seipsum usq̃ ad hanc nostram fermētaturã,  
qui pro nobis pauper fuit, in hac tam uili carne, ter/  
restricq̃ tabernaculo, qui pro nobis doluit & infir/  
matus est, ut nos deitate locupletaret. Quid nos in/  
quam? qui tantũ misericordiæ & compassions ex/  
emplũ ante oculos habemus? Quid de illis rationa/  
bimur? & quid faciemus? despiciemus? prætergre/  
diemur? derelinquemus tanquã mortuos? tanquã  
abominabiles? tanquam serpentiũ bestiarumq̃ no/  
centissimos? Nequaquam fratres. Neq̃ enim id no/  
strum est, qui sumus pecora Christi boni illius pa/  
storis, erraticũ reportantis, amissum requirentis, im/  
becille solidantis. Neq̃ id humanę est naturæ, quæ  
hanc misericordiæ legẽ nobis implantauit, & a com/  
muni imbecillitate didicit & pie uiuere & homi/  
nes amare. ¶ Atqui miseri illi sub dio agunt, nos au/  
tem habitamus ædeis splendidissimas, lapidibus  
omnigenis ceu flosculis uariiegatas, auroq̃ & argen/  
torendentes, pauimẽto calculis leuigatis, ordineq̃  
dispositis

*Chri humilitas*

*Fals diuiti*

dispositis strato, & picturarū uarietate amoenas, fallaci-  
 cicq; oblectamento oculos inescantes. Nec tales in-  
 habitasse satis magnificū putamus: nisi nouas alias  
 eius generis extruamus, Quibus: dubium, an hære-  
 dibus nostris, forte peregrinis & ignotis, forte eti-  
 am ijs qui nos minime diligunt, & quo malo nihil  
 est postremius, inimicissimis & infensissimis. ¶ In-  
 opes illi laceris, rudibusq; induti cilicij frigent tre-  
 muli, quid inquam: fortasse illis etiam carent. Nos  
 interim delitijs diffluimus, uestiti mollibus & laxis,  
 e lino sericoq; subtiliter contextis. Et cū huiuscemo-  
 di indumētis magis dehonestemur, quam adorne-  
 mur: ita enim ego de omnibus superfluis parumq;  
 necessarijs loquor, alias tamē <sup>uestes</sup> quasdam in arcis sepo-  
 sitas habemus, cura plane inutili & sterili, nisi quod  
 a tineis, & temporis edacitate, quæ nulli rei parcat,  
 absumantur. ¶ Inopes illi nostri, ne alimentorū qui-  
 dem necessariorum satis habent, O delitias meas, o  
 miserias illorū, sed ante fores nostras ulcerosi & fa-  
 melici iacent, quibus etiam mēdicandi adminicula,  
 corpus negat. Destituti uoce, ne ploratus edāt. Ma-  
 nibus, ne ad postulandū protendātur, Pedibus, ne  
 ad abundantes accedant. Respirandi uiribus, ne la-  
 menta sugultibus producant. quod cum grauissimū  
 est malum, ipsi tamen pro leuissimo reputant. Solis  
 oculis gratias habent, quod suam ipsorū miseriam  
 non aspiciūt. Tales ij. At nos splendidi splendide,  
 in lecto sublimi & eminenti, superfluisq; & quæ ne

*Paupes nudi*

*Vestis*

*Paupes esurientes  
infirmi*

*nos*

## Gulose

tangatur quidē stragulis puluillisq; instructo, recū-  
bimus, & si forte mendici uox insonet, mirū, quam  
indignamur. Cœnaculū nostrum odoriferis floscu-  
lis, media etiam hyeme adornandū. Mensa fragran-  
tissimis, preciosissimisq; unguentis inspergenda.  
ut toti scilicet effœminemur, Astare item oportet, pu-  
eros, Quorū aliqui seriatim, & in ornatu, comatuli,  
calamistrati, specie puellari, facie tonsoris opera cu-  
riosius expolita, oculis pinguius, quā faculis condu-  
ceret, ornatis. Alij cyphos summis digitis, decentissi-  
me simul ac certissime, quantū possibile est teneant.  
Alij flabellis sudanti capiti uētos arte excitent, & fa-  
cticijs auris, calidarum carniū copiā refrigerēt. Præ-  
terea carnibus onerāda est mensa, quas nobis largi-  
ter suppeditāt elementa omnia, aer, tellus, aqua. Co-  
quorū item & obsoniariorū incantamentis ad angu-  
stiam usq; implenda. Insuper laborandū omnibus,  
ut quāmaxime adulentur gulæ, ingratoq; uentri no-  
stro, molesto scilicet huic oneri, & malorū principi,  
bestiæ truculētissimæ, & nunq̄ satiabili, qui & cū ci-  
bis pereuntibus simul, propediem abolebitur. ¶ Et  
pauperibus quidem aquę satietas, magnū quiddam  
Nobis uero, nō nisi ad ebrietatem uini crateres, Im-  
mo nonnunquā ultra ebrietatē intemperātes sumus  
& nūc hoc, tanquā minus generosum repudiamus,  
& nunc hoc tanq̄ odoriferum probamus, Nec hoc  
silencio inuoluendū, iacturā putari, nisi peregrinū &  
celebre uinū, uulgari quod in regiōibus nostris cre-

*Paupes Sitientes*

Nos

Gula

Egroti

uit, uelut tyrannus quidam accedat. Volumus enim  
 delicati, luxuriosiores, quã rerum usus exigit, uel esse  
 uel uideri, adeoq; ut erubescendũ sit, nisi habeamur  
 & mali & mœcipia tam uentris, quam eorũ quæ sub  
 uentre sunt. ¶ Quo tendũt hæc: amici & fratres. Nõ  
 nihil ægrotamus & nos, animis scilicet, morbo aute  
 quã sunt corporei, grauiore. Quippe constat, hos in  
 uoluntarios, illum autẽ ex arbitrii libertate proficisci,  
 hos cũ uita simul dissoluendos, illũ uero, nobis hinc  
 abeũtib; cõmigraturũ, hos miseratione dignos, il  
 lum uero oibus, q̄ mentem habẽt, iure exosum. Cur  
 non, dum tẽpus finit, naturã adiuuamus? Cur nõ, hu  
 militatẽ carnis, nos carnei obtegimus? Cur dum fra  
 tres affliguntur, nos delicijs effœminamur? Absit a  
 me procul, ne unquã dixer, quamdiu illi premuntur  
 inopia, neue recte ualeã, nisi uulneratos illos adiuuẽ.  
 Neq; sub tegmine, neq; sub tecto quiescã, nisi panẽ  
 porrigã, nisi pro mea facultate amicu proferã, nisi  
 & domo excipiam. ¶ Aut enim apud Christũ hæc  
 omnia ideo deponẽda, ut assumpta cruce sua, legitime  
 ipsum sequẽtes, exoneratiq; & expediti, ita sit ni  
 hil nos deprimere queat, in mundũ q̄ supra nos est  
 subuolemus, & ut sublimati p̄ humiliationẽ, locuple  
 tatiq; p̄ paupertatẽ Christũ, p̄ oibus lucremur. Aut fa  
 cultates nostrẽ ideo cũ Christo libẽter diuidẽde, ut  
 dũ honeste possident, egẽtib; cõicant, fiant san  
 ctẽ, Quod si mihi soli seminauero, sementẽ utiq; fece  
 rim, ceterũ aliq; fruẽt, Et, ut iterũ Iob nostrũ citem, p̄  
 frumento oriet mihi attriPLEX, proq; hordeo spina.

*Oia caduca*

*Sti misericordes*

Sudores meos uentus urens auferet, & rubigo surripiet, adeo ut plane in uanū laborauerim. Et si horrea ædificauero, artibus Mammonę thesauros mammonæ congerens, etiam hac ipsa nocte repetetur a me anima mea, reddendaq; erit ratio thesauri male congesti. Num igitur tandem resipiscemus? Nunquam ne stuporem illum, ne dicam pusillanimitatē, exuemus? Nunquā ne humanam conditionem cogitabimus? Nunquā ne alienis calamitatibus admoniti, nostra melius dispensabimus? Nihil sane in omnibus humanis rebus nō instabile, nihil non inæquale, nihil quod satis, nihil quod sibi constet, sed uicissitudine quadam omnia nostra rotantur. Sæpe alias rerum mutationes afferunt dies, sæpe alias horæ, Et aut uentis stare nescijs, aut marinarum nauium uestigijs, aut fallacibus, & quorum breuissima est gratia noctiū somnijs, aut ædificiolijs ludentium puellorū opera in harena extructis, rectius quis crediderit, quā humanæ prosperitati. ¶ Prudenter agunt, qui præsentibus male fidentes, in posterum thesauros sibi ipsi reponunt, & ob lubricos, uariosq; humanę felicitatis successus, bonū permanēs diligūt. Equare, cum tria lucra haberi queant, ipsis uel unum accedit ( Solet enim deus, iustis uiris tanquā per dexteram apprehensis, benignitate sua, concedendo terra, misericordiæ uirtutem cōmendare ) Interim enī aut a malis operibus sibi cauent, aut intra seipso libere deo dicere possunt, se non ob maliciā, sed quia

prouida quadam dispensatione sua administrarint,  
 affligi, aut denique, quod misericordiam, qua egenos li-  
 beraliter prosequuti sunt, eandem a benefactoribus,  
 si egeant, tanquam debitam repetere audet. ¶ Ait præ-  
 terea scriptura, Ne gloriatur sapiens in sapientia sua,  
 neque diues in diuitijs suis, neque potens in uirtute sua  
 tametsi ad fastigium uel sapientiae, uel diuitiarum, uel  
 potentiae perueniant. Quibus ego adijciam, & que-  
 cunque horum consecutanea sunt, Ne scilicet spectabi-  
 lis in honore, ne incolumis in bona ualitudine, ne  
 pulcher in pulchritudine, ne iuuenis in iuuentute  
 sua, & ne, ut semel dicam, in ullis alijs quæ hoc sæcu-  
 lum magni facit, gloriatur is quem talia inflant. Sed  
 in uno hoc, quod intelligit & requirit deum, quod  
 compatitur pauperibus, quod in futurum, sibi ipsi, bo-  
 na quedam reponit. Illa enim fluxa sunt & tempora-  
 ria, & sicut in ludo calculorum nunc huc, nunc illuc  
 transferuntur, nec ab ullo tam proprie possidentur,  
 quin aut tempore deficient, aut inuidia auferantur.  
 Hæc autem persistunt, & manent, Ne utiquam cedunt  
 ne utiquam ruunt, ne utiquam labefactant spem, eorum  
 qui crediderant. Et ob hoc etiam mihi uidetur, nul-  
 lum sæcularium bonorum uel satis tutum, uel diuturnum  
 hominibus. Quod si quid est, industria, ratioe  
 & sapientia quæ mentem omnem excedit coniectabi-  
 le, illud rectissime colligimus, erudiri nos, per ea quæ  
 uidentur, & quæ nunc huc, nunc illuc transmutantur, &  
 rapiuntur, quæ & suscipi decipi feruntur & circumferuntur

*Hier. 9. 6*

Voluptas

ur, & priusquā in manus capiantur, elabuntur & fu-  
giunt, ut attenda illorū instabilitate & inæqualitate  
ad futurā uitam conatus omnes adpellamus. ¶ Age-  
quid facturi essemus, si duraret nostra prosperitas,  
cui tam adstricti sumus, cum tamen miāime daret.  
Adeoq; deceptrix uoluptas sibi nos alligat & man-  
cipat, ut iam nihil uel præstantius, uel sublimius in-  
telligere queamus, quā hæc præsentia, id quod tan-  
to mirabilius, cum ad imaginem supernam & ad se  
trahentem factos nos audimus, & credimus. Quis  
sapiens & intelliget hæc? Quis prætercurrentia ue-  
loci pede transit, & adnititur permanentibus? Quis  
recogitat præsentia, quod abeunt, & ea quæ spera-  
mus quod perflunt? Quis diiudicat inter ea quæ  
sunt, & quæ apparent? sectaturq; illa, hæc uero despi-  
cit? Quis scripturam & ueritatem? Quis hoc humi-  
le tabernaculum, coelestemq; ciuitatem? Quis per-  
egrinationē & incolatum? Quis tenebras & lucem?  
Quis limum profundum & terram sanctam? Quis car-  
nem & spiritum? Quis deum & dominum mundi?  
Quis præsentibus futurum? quis fluxis diuitijs, non  
pereuntibus? Quis uisibilibus inuisibilia mercatur?  
¶ Beatus quisquis hæc diiudicat, & discrimine ra-  
tionis præstantius a deteriore discernit, ascensiones  
in corde suo disponet. Et, sicut alicubi ait diuinus  
Dauid, uallem hanc lacrymarum fugiens, omnibus  
uiribus superna inquirat. Et crucifixus mundo cum

Christo, cum Christo resurgit, & cum Christo ascen-  
dit hæres uitæ nec fallacis, nec unquam ruituræ, ubi  
neq; est coluber mordens in uia, neq; obseruans cal-  
caneum, tametsi capite teneatur. ¶ Nos autem reli-  
quos idem Dauid, uelut uocalissimus aliquis præ-  
co, ex æditori & populari suggesto increpat, graues  
corde uocans & diligentes mendacium, quod pa-  
rum ab ijs quæ uidentur abstrahimur, nullamq; ali-  
am huius uitæ felicitatem suspicamus, quam satieta-  
tem frumenti & uini quæ corrumpuntur. ¶ Fortaf-  
sis & beatus Michæas hoc intellexit, cum exurgens  
aduersum bona uisibilia & humi reptantia dicit,  
montibus æternis appropinquate. Surge & ambu-  
la, nulla enim hic quies tibi dabitur. Quod & ad  
uerba adludit, quibus dominus & saluator noster  
adhortatur. Quid dicens: Surgite eamus hinc. Non  
enim tunc solum discipulos inde transtulit, sed ut  
opinari licet, semper, & omnes discipulos suos, a  
terra & terrenis in cælos & cœlestia transfert. ¶ Se-  
quatur itaque uerbum, Inquiramus quietem illam,  
Abijciamus possessionem hanc, in qua si quid bo-  
ni, id solum lucrifaciamus. Nostras ipsorum possi-  
deamus animas, elemosynis uacantes. Tradendo ex  
nostris bonis pauperibus, ut eorum bonis quæ illic  
sunt ditemur. ¶ Da etiam animæ partem, non tan-  
tum carni, da & deo partem, non tantū mundo. Sef-

159

Mich

Eo. 12. 2,

3

}

furare aliquid uentri, quod sanctifices spiritui. Rape  
aliquid ex igne, & amoue procul a deuastante flam-  
ma. Rape aliquid tyranno, depone apud dominum;  
Da partē septenario huius uitę, da & octonario nos  
post hanc uitam excepturo. Da parum ei, a quo plu-  
rimū habes, da totum ei qui omnia tibi largitur. nun-  
quā tamen magnam illam munificentiam dei uinces,  
quamuis præbeas omnia quę habes, quamuis & ijs  
quę tibi sunt, te adijcias. Etiā id ipsum dedisse deo,  
est a deo accepisse. Nam quantumuis attuleris, semp  
plus est quod relinquitur, nihilq; dabis propriū, si-  
quidē omnia a deo. Et sicut, impossibile est, aut um-  
bram succedentem, & quę æqualiter procedit, trans-  
iri, aut caput, quod summum corporis locum obti-  
net, a corporis mole transcendi, sic & nostris mune-  
ribus deum uinci. Nihil enim illi, quam sua, & lon-  
ge infra suam liberalitatem damus. ¶ Agnosce, unde  
nam habes, quod es, quod respiras, quod sentis, & il-  
lud maximū, quod noscis deum, quod speras regnū  
coelorum, speras æqualem cum angelis honorē, spe-  
ras glorię contemplationē, quę & nūc quidem per  
specula & coniecturas tum uero perfectius & puri-  
us. Vnde habes, quod euadas filius dei, quod cohæ-  
res Christi, & ut audacter loquar, etiā deus ipse. Vn-  
de tibi hæc omnia. & a quo? & ut parua etiam hæc  
quę uidentur percenseam. Quis tibi hoc dedit? ut  
uideas coeli pulchritudinem, solis cursum, lunę or-  
bem, syderum numerositatē, inq; illis omnibus con-  
sonan

*Oia a deo*

*Corp*

sonantissimā proportionē, & ordinem neutiquam aberrantem. Adde horarū uicissitudines, temporū mutationes, annorum circuitus, equinoctia, terræ ferturas, aeris infusiones, latitudines maris fluentis & stantis, profunditates fluuiorū, uentorū flatus. Quis item pluias, agriculturā, alimenta, artes, domicilia, leges, tempu. uitam mansuetiorē, familiaritatem erga cognatos. Vnde nam tibi, quod animantiū, alia cicurantur, alia iugum ferunt, alia autem in cibum concessa sunt. Quis te dominum & regem terrenis omnibus præfecit. Quis, ne singula dicam, omnia quibus homo antecellit cætera, donauit. An nō ille, qui nunc præ omnibus & pro omnibus rogat ex te beneuolentiā in homines. Deinde, Non cōfundimur cum tanta ab ipso partim accepimus, partim speramus, & ne unū quidem humanitatis indicium deo referimus. ¶ Porro, ipse nos a feris segregatos, solos inter omnia terrestria ratione decorauit, nos ne ferinam induemus naturā. Adeo ne nos delitiæ corrumperunt, cone insanix deuenimus (nihil enim aliud restat, quod dici possit) ut hominibus panem furturæcum cum bestiis, & forte ne illum quidem præbeamus: illasq; natura præstātiores arbitremur. ¶ Et quales olim gigantes, de quibus uetus fabula, in reliquos homines erāt, tales & nos erga illos sumus: uelut Nemrod ille, uel genus Enak quod Israelem ab ingressu terræ sanctæ prohibebat, uel propter quos diluuiū terram purgauit. ¶ Ille non erubescit uocari

d

Ratio

Gigantes

*Math 6. b.*

*Amos*

*Math 5. g*

pater. noster, cum sit deus & dominus, nos & nostri generis fratres negabimus. Nullo pacto, O amici & fratres, simus tan iniqui bonorum nobis concessorū dispensatores, ne Petrū audiamus dicētem, Cōfundamini qui detinetis aliena. Imitemini aequalitatē dei, & nullus erit pauper. Ne laboremus in colligendis seruandisq; thesauris, cū alij interim inopia laborēt, ne acerbe nobis exprobrēt, & interminēt diuus Amos, uerbis illis, Age nunc q dicitis. Quando pertransibit mensis, & negociabimur, & sabbata, & aperiemus thesauros. Et reliqua, p quā diuinā iram intentat, magnā & paruam mensurā possidentibus. Hinc forte & beatus Michæas, easdē delicias infectatur, quod satietas contumelię parens sit, Hinc illæ in lectis eburneis lasciuie, Hinc illæ e præcipuis unguētis illecebræ. Hinc illæ ex uitulis armenti & arietibus gregis saginationibus obęsitates, Hinc illi ad uocem psalteriorum plausus. Hinc deniq; opinio illa, quod stabilia solidaq; hæc putemus. forte tamen, hæc non adeo exaggeraret, si dum delitijs uacatur, esset qui super cōtritione Ioseph afficeret. Nam & hoc in detestationē satietatis apponit. **C**lam ne & nos tale qd patiamur, ne ne delitijs nos dedamus, ut cōtempso diuino amore in homines, erga pauperes difficiles simus, tametsi deus nō simul atq; peccatū fuerit, e uestigio iram sup peccatores, inuehat. **C**Imitemur autē & primā & præcipuā legem dei, qui pluit super iustos & iniustos, qui solem suū similiter oriri facit om

nibus, qui tellurē, fontes, fluuios, & syluas usui omniū terrestriū aperuit, sicut & aerem uolatilibus & aquā aquaticis om̄ibus, q̄ primas uiuendi cōmoditates, citra inuidiā cōmunes om̄ibus pręstitit, nulla potentia occupatas, nullis terminis prohibitas, sed plane cōmunes, ipsasq̄ uberes, quas pręter, nullis alijs opus foret, ita dum eiusdē dignitatis naturā, æqualibus donis & honoribus prosequutus est, benignitatis suę diuitias abunde declarauit. ¶ Homines autē cum eruerint argentū & aurum, uestes molles & superfluas, et si quę alia eiusmodi, quę belli, seditionis & tyrannidis prima fuerūt irritamēta, tum subrecto insipienter supercilio, afflictis cognatis misericordię uiscera claudunt, & ne ipsi quidem quę superfluunt, illorum necessitatibus consulunt. O mores agrestes & sinistros mores. Quod si nihil aliud, illud certe cogitandū erat, inopiam & opes, libertatemq̄, quā uocamus, & seruitutē, & eiusmodi nomina posterius in humanū genus irreplisse, tanquam cōmunes morbos, comitesq̄ & cōmenta malicię. Nam ab initio, ut scriptura ait, nō erat sic, sed qui hominē principio formauit, liberū eum, suoq̄ arbitrio reliquit, ut dum sola lege mandati gubernaret, delitijs paradisi abundaret. id quod & posteritati, per unū primū uidelicet semen, cōcessurus erat. Erāt tum diuitiæ & libertas mādati obseruatio. Paupertas autē & seruitus, eiusdē trāsgressio. ¶ Hinc inuidię & lites. Hinc dolosa colubri tyrānis, q̄ semp uoluptatis illecebra de-

d ij

*Auazia  
cā misericordię*

31  
cipit, & ferocios imbecillioribus præficit, Hinc  
in tot alienas nomenclaturas consanguinitas diuisa  
est. Hinc auaricia leges potentia subsidiarias, ad dis-  
secandã naturæ cognationẽ sibi afficiuit. ¶ At tu respi-  
ce in primæuam hominũ equalitatem, non in suble-  
quutã diuersionem, respice non in legem imperi-  
um inuadentis, sed conditoris, & quantũ potes, iu-  
ua naturã, honora primæuam libertatẽ, erubescere  
ipsum, contege ignominia generis, morbo, quantũ  
latis, suppedita. Qui bene uales, ægro indigo consu-  
le, qui diues, inopi, qui non lapsus, ei qui casu contri-  
tus, qui tranquilla mente, ei qui consternato est ani-  
mo, qui dextra recte uales, ei qui sinistra imbecillis  
est. ¶ Da quid deo, quo gratũ te declares, quod fa-  
ctus sis inter eos, qui alijs benefacere possunt, & nõ  
opus habet, ut sibi benefiat, & quod non ipse in alie-  
nas sed alijs in tuas manus respiciat. diues esto, nõ sub-  
stantia sola, sed & pietate, non auro solo, sed & uirtu-  
te, adeoq; ea sola. Esto uenerabilior proximo, eo qd il-  
li appareas melior. Esto infelici deus, eo qd dei mise-  
ricordia imiteris. Nihil enim tam diuinũ habet ho-  
mo, quã benefacere, tamen si deus plurimis atq; sum-  
mis, homo minimis afficiat beneficijs. uterq; tamen  
pro suo uirili. Ille quidem, quem fecit, solutũ iterum  
componit & reparat, tu autẽ, eum qui cecidit, modo  
ne despexeris. ¶ Ille quidem pro summa misericor-  
dia sua, præter cætera dedit, prophetas & ante illos,  
legem naturæ non scriptã, qua quid faciendũ exqui-

*Summum est*

*Pietas*

reremus. Arguit, admonuit, agit pædagogū. Denique p uita mundi, seipsum tradidit redēptionis precium, prebuit apostolos, euāgelistas, magistros, pastores, sanationes, prodigia, reditū ad uitam, mortis exterminium, triumphū de uictore, testamentum unum in umbra, testamentū alterum in ueritate, spiritus sancti partitiones, salutis nouæ sacramēta. ¶ At tu, si quidem & maiora quædā potes præstare nempe animi beneuolētia, qua parte, deus te quoque diuitem fecit, si uoles, ea ne cesses, benefacere indigo, immo cum primis & maxime. Potentite da, etiam priusquā peti tum fuerit. toto die animi studio miserere & cōmōda, repetens diligēti opera, sortem cum usura, quam semp coaceruabit animo, quisquis intra se paulatim pietatis augebit semina. Sin hæc minus, uel sequūdaria & minora des, & quanta uires tuæ possunt. Opitulare, porrige cibum, porrige uestem, affer phar macum, uulnera colligato, cōfabulare de calamitate, disputa de fortitudine, confide, accede. Nō enim idcirco tibi deterius erit, quamuis molliculi inanibus decepti uerbis sic putent, immo talē suæ uel molliciei uel impietati defensionē prætexunt, tanquā egregium & prouidū quiddam sit ad timorem cōfugisse. Id tibi persuadeāt, medicorum confabulationes, & domestici illorū ministri, quorū nullus adhuc, quamuis illos accedāt, periclitatus est. ¶ At tibi serue christi, amator dei & amator hominū, si res hæc, tam terribilis, tamque digna suspicione uidetur, ne quid in

Beneficentia

generosum facias, fide animeris, uincat formidinem  
 misericordia, uincat teneritudinē dei timor. Resistat  
 amicis carni cogitationibus pietas. Ne despexeris,  
 ne præcurreris fratrem, ne auerſeris, quasi scelus, qua-  
 si pollutum, quasi aliud quiddā fugiendum & auul-  
 ſum. Tuū est membrum, tametsi calamitate occulte-  
 tur. Tibi quantūuis prætercurras derelictus est pau-  
 per, ceu deo, fortassis enim illis te placabo uerbis.  
 Tibi proponitur humanitatis exercendæ argumen-  
 tum. ¶ Si alienat te, quod alienus est. Age, quisquis  
 nauigat, naufragio uicinus est, & hoc magis, quo au-  
 daciū nauigat. Et quisquis in corpore cōstitutus ui-  
 cinus est malis corporeis, tantoq; magis, quāto si re-  
 cta incesserit, non uideat ante se iacentium exempla.  
 Quandiu nauigas sequendo uento, da naufragō ma-  
 nūm. Quandiu bene habes, & es diues, iuua afflictū.  
 Ne expectes, donec ex teipso discas, quantum ma-  
 lum inhumanitas, & quantū sit bonum aperiri uisce-  
 ra indigentibus. Ne optes leuari manum dei in su-  
 perbos, qui pauperes prætercurrūt. In alienis calami-  
 tatibus illa discas. ¶ Da uel parum egeno, nec parum  
 uidebitur ei qui omnibus indiget, sed nec deo, mo-  
 do pro uirili dederis. Da pro magno, animi prom-  
 ptitudinem, quod si nihil habes, da lacrymulā. Ma-  
 gnum afflicto pharmacū est misericordia ex animo  
 allata, Et sincera compassiōe plurimū extenuatur ca-  
 lamitas. ¶ Non sit o homo, apud te homo pecore  
 ignobilior, quod si in lacū ceciderit, extrahi, si aber-

rauerit, reduci, lex præcipit. Certe si in ijs uerbis remo-  
 tius quiddam & profundius latet, ut plæraque in lege  
 profunda sunt & uaria, id meum non est scire, sed eius  
 qui omnia scrutatur & cognoscit, spiritus. At quan-  
 tum captu meo cõiectare licet, hac in minora huma-  
 nitate, ad consummationem & maiorem capessendam  
 exercemur. Nam quanta debetur cognatis, pari ho-  
 nore spectabilibus, si eam ne brutis denegemus, a no-  
 bis exposcitur. ¶ Cæterum & ratio & lex docet, mo-  
 deratissimos hominum, apud quos honestius est  
 beneficia dare quã accipere, & officiosius misereri,  
 quam lucrari. ¶ At si de nostris sapientibus gra-  
 cis, (mitto enim externos,) dicas, quod patronos affe-  
 ctionum inuenerit deos, & Cerdo deo lucri primas  
 partes tribuant, & quod longe peius, homines ma-  
 ctandos putent. Apud aliquos etiam dæmones &  
 illorum gentes partem pietatis esse, inhumanita-  
 tem, quibus sacrificijs & ipsi gaudent, deosque suos  
 gaudere putant. Mali malorum sacerdotes & my-  
 stæ. Sunt & ex nostris aliqui, id quod lacrymis di-  
 gnum, qui usque ad deo cauent, ne condoleant, uel  
 iuuent afflictos, ut & amare illis opprobrent & in-  
 sultent, frustra & inaniter philosophentur. Ve-  
 re terrena sonant, & in aerem loquuntur, non in au-  
 res cordatorum diuinis eloquijs assuetas, si qui-  
 dem dicere audent. A deo esse, quod illi miseri  
 & ipsi felices, & quis sum ego? ut solnam decre-  
 tum dei, appareamque deo melior, laborent morbis,

Cerdous

ſint ærumnoſi, iactentur infortunij, ſic uifum eſt deo,  
Eatenus illi amatores dei, quatenus cuſtodiunt obu-  
loſ, & in miſeros pueriliter ineptiunt. ¶ Profecto ex  
ijſ quæ dicunt, manifeſtū eſt, quod felicitatem ſuā  
nō putēt eſſe ex deo. Quicumq; eni a deo ſe quid ac-  
cepiffe fatētur, ijdem huiuſmodi poſſeſſiōibus recte  
& ſecundū deum utuntur. At illorum afflictiones a  
deo proficiſci, necdum perſpicuū, quamdiu ita citra  
ordinē fluctuare, materiæ proprium eſt. Et quiſ ſcit,  
utrum hic ob maliciā plectatur, illeq; tanq; cōmen-  
dator extollatur, an contra, ille ob maliciā exaltetur,  
hic ob uirtutē probetur. Et ille quidem magis extol-  
litur, ut & grauius cadat, ſiniturq; tota ipſius malicia,  
ceu morbus aliquiſ primis erumpere, ut dein iuſti-  
us puniatur. Hic autē indigne premitur, ut tanquā au-  
rum in camino probatus, ſi quid uel parum habeat  
maliciæ, ſic excoquat. Purus eni a macula, unde quæ-  
q; nullus, in hac genitali natura, ut audiuiſmus, tamē  
eſſi inter cæteroſ uideatur probator. ¶ Inuenio eni  
& tale quiddam in ſacris literis myſteriū, ſed longū  
foret numerare cunctas uoces ſpiritus, quibus id mi-  
hi perſuadetur. Et quiſ harenā mariū, & guttas plu-  
uiæ, & abyſſi profunditatem dimenſus fuerit. Quis  
item diuinæ ſapientiæ circa omnia altitudinē inue-  
ſtigarit, per quam & fecit & gubernat omnia modo  
quo ipſe & uult & ſcit. Eam nulla coniectura, nullo  
contemplatū cōphēnſilem admirātib; ſat fuerit,  
uel unū illud diui Apoſtoli tractaſſe. O profunditas  
diuitia

*Euidia dei occulta*

*prius*

diuitiarum & scientiæ & cognitionis dei, Quam in  
 scrutabilia illa eius iudicia: & inuestigabiles illę eius  
 uię. Et quis cognouit mentē domini. In extrema au-  
 tem sapientię eius quis penetrauit. ait Iob. Quis sa-  
 piens & intelliget hęc. Et nonne incomprehensibili,  
 quod mensurā excedit metietur. Audaculi sint alij &  
 strennui, ego difficile censeo, uel malicię penā, quę  
 hic irrogatur, uel pietati refocillationē ascribendam.  
 ¶ Est tamen aliquando & ad aliquid utile, impios  
 hic male habere, ut malicia subneruetur, uel pios be-  
 ne, ut expeditior sit uia uirtutis. At non semper, nec  
 omnino, id enim futuro continget, quo illi quidem  
 malicię supplicia, ij uero præmia uirtutis accipient.  
 Resurgent enim ait scriptura, alij in resurrectionem  
 uitę, alij in resurrectionem iudicij. ¶ Porro præsen-  
 tia longe secus habent, omnia tamen illuc tendunt,  
 ut apud deum omnino habeant æqualitatem quan-  
 dam, tamen magna nobis uideatur inæqualitas. Sic  
 cut etiā uel in corpore, ex prominētijs depressis-  
 oribusq; ex magnitudinibus paruitatibusq;, uel in  
 terra ex montibus qui in alta surgunt, & uallibus quę  
 in ima subsidunt, habitudine mutua, cōstatur, uisitura  
 q; mira pulchritudo. Equidē nec artifex rudem dis-  
 tortamq; ualde materiā, ut operi suo seruiat, sine in-  
 dustria perduxerit. Quod & nos dephendemus &  
 fatebimur, ubi absolutū uniuersi opificium cōtempla-  
 ti fuerimus. Sed licet, nos hęc lateant, opifex tamē il-  
 le interim, neq; iners erit, neq; hęc ipsa citra ordinē

Ro. 11. 2

Iob

Io 5. c

Apud deū cūcta hnt equalitatem

Al  
*Imperitia* <sup>nausea</sup>  
<sup>vertigo</sup>

*Remed. 2.*

*Fortuna*  
*Casus*

prouidentia moderabuntur. ¶ Iam si imperitia nostre  
liniameta aliqua pferre licet Haud multum absimiles  
sumus nauseantibus, & oculorum uertigine laborantibus,  
qui oia uerti putant, cum tamen ipsi uertant. Tales in de  
quibus est sermo. Si quidem nec deum ipsum sapientia sibi  
preferri sinent. ¶ Si huic morbo circa contingentia aliqua  
obnoxij erunt oculi, aut laborandum ut pertinaci studio  
ueritas quam ocissime concedat, aut conferendum cum sapientioribus  
& magis spiritualibus (est enim & hoc donum non oibus concessum) aut certe purificatione uitae apud  
ueram sapientiam indaganda est sapientia. ¶ Contra illi,  
O mores agrestes, ad parabilia uertuntur, & cum non  
intelligant quod sit prouidentia, mundi prouidentiam negare  
audet. Itaque sunt aut ob inscientiam suam sapientes, aut  
ob superuacua ut ita dicam sapientiam suam, neque sapientes  
neque intelligentes. ¶ Hinc est, quod aliqui interpretata  
sua fortunam & casum tradiderunt. Vere fortuita commenta,  
& utcumque fors tulit ficta. Alij uero temerariam quandam  
& indissolubilem uim siderum res nostras pro suo arbitrio  
nexusentium, immo quae coacta sunt, ut congressus & secessus  
stellarum errantium & non errantium propriumque uniuersum  
motum sic nexusent. Alij autem quaecumque uisa sunt portenta  
misero hominum generi inuexerunt. Et sicut diuinam prouidentiam  
capti, & intelligentiam nequeunt assequi, ita in diuersas  
opiniones & nomenclaturas secti sunt. ¶ Inuenti aliqui qui  
negarunt inopiam ad diuinam prouidentiam pertinere, quod  
sola quae supra nos sunt per eam moderari arbitrati sunt,  
minimeque ad nos quae

tumuis opus illa sit, eā deducere dignati, forte timē-  
 tes, ne si deus multos beneficijs psequatur, indicet  
 plus equo melior benefactor, aut fatiget multis bene-  
 faciēdo. ¶ Verū illi qcqd dicant ualeāt, Satis eos apo-  
 stoli sermo ad principiū, arcet, dicēs. Vanū factū est  
 insipiens cor eorū, dicētes se esse sapiētes, stulti facti  
 sunt, & mutarūt gloriā incorruptibilis dei fabulis q-  
 busdā & umbris, cōtumelijs affecta puidētia oim  
 gubernatrice. Quippe nos, neq; talia portenta stru-  
 amus, quāuis nec nobis uti disertis dispensatoribus  
 uerbi uerba desint, neq; accipiamus sic opinantes,  
 quāuis mira felicitate linguæ, in nouitate absurdarū  
 pceptionū oblectent, Sed deū oim factorē & opifi-  
 cem credimus. Quo pacto enim constitisset uniuersū  
 sum, si defuisset, qui illi esse suppedicaret, ceterasq;  
 proportiōes coaptaret. Prouidētia ergo simul tribui-  
 mus, qd uniuersū cōdiderit, & qd colligarit. Necessa-  
 riū autē est qd ab aliquo sūt cōdita, ab eodē sint pūsa.  
 Alioq uniuersum si seipso ferret sicut nauis turbie,  
 ob neglectū ordinē materiæ breui diuullsum dissol-  
 ueret, & in pristinā deformitatē & cōfusionē reduce-  
 retur. ¶ Ceterū licet uita hęc multis aduersitatib<sup>9</sup> trās-  
 mittat, rebus tñ nr̄is credamus p̄esse nostrū siue con-  
 ditorē siue creatorē appellare licet. ¶ Fortassis autē id  
 circo hęc nobis abscondita sūt, ut difficultate cogniti-  
 onis rōnē q̄ sup oia est admiremur. Nā q̄cūq; cogni-  
 tu facila, eadē & contēptui uicina. Cōtra q̄ supra nos  
 sunt, q̄ minus cōprehēdi queūt, eo maiori sunt admi-  
 rationi. Et exercet deŷderiū, quicquid sensationem

Ro. 1. c

Prouidentia dei

### Equanimitas

magis subterfugit. Quãobrem neq; sospitatem integram admiremur, neq; morbũ abhorreamus, neq; affluentes diuitig cor sibi uendicẽt, neq; propter fluiuium habitãtes, plus quã opus, hauriamus, sed quatenus animæ etiã aliquid impendatur, neq; paupertatem auersemur, tanquã abominatione, odio, damnationeq; dignã partem. Sciamus & bonam ualitudinẽ parui facere, si absq; intellectu sit (fructus enim illius peccatũ) & morbum sanctũ uenerari, reuereri q; eos, q; passionũ euasere uictores. Inter quos forte Iob aliquis latet etiam bene ualentibus longe uenerabilior, tametsi sanie ferueat, tametsi uarijs afflictionibus incõmodetur, nocte diuq; sub coelo iaceat, per uerbera uxorem, & amicos angatur, Idc; adeo, ut & iniustis opibus renunciemus, per quas diues ille in flamma iuste torquetur paruamq; refrigerij guttam mendicat. & paupertatẽ laudemus iucundã philosophiæq; magistrã, qua Lazarus requie in sinibus Abrahamæ ditatus est. Vnde & ob id summe necessaria mihi uideẽ humanitas & misericordia erga egenos, ut interim oculos pauperũ (quor; neq; inanibus uerbis cedendũ, neq; crudelitas pro lege colẽda) obmutescere faciamus. ¶ Inter omnia autẽ mandatum & exemplũ religiosius obseruemus. At quod hoc mandatũ. Attendite quid nam propriũ ipsius & germanum, Theologi equidẽ spirituales, de ijs quæ scitu necessaria sunt, non existimãt se satisfacisse, si ea semel aut iterũ dixerint, aut unus dicat, alter prætereat,

S Iob

Luc; 16

aut alij copiosius, alij parcius enarrent, perinde atq[ue]  
 foret res aliqua cōtemptior, & quę minus urgeat, sed  
 omnes & operose singuli, aut primū, aut cum primis  
 ea præcipiūt, & nunc adhortantur, nunc interminan-  
 tur, nōnunquā exprobrant, nōnunquā recte operan-  
 tibus applaudunt, & ut cuius monitus congruunt,  
 mandatū efficacius pronunciant. ¶ Propter miseriam  
 inopum & gemitū pauperum, nunc exurgā dicit  
 dominus, ait scriptura. Quis non timeat surgentē do-  
 minum. Et. Exurge domine deus meus, exaltetur de-  
 xtera tua, ne obliuiscaris pauperū. Deprecemur eius-  
 modi exaltationē, ne uideamus manum quę contra  
 inobedientes eleuatur, super obduratos irruit. Et ite-  
 rum. Non oblitus est clamorem pauperū, & non in  
 finē obliuioni tradetur pauper. Oculi ipsius (qui pal-  
 pebris nobiliores) in pauperem respiciunt, palpe-  
 brę autem exquirunt filios hominū, ac si dicat quis,  
 minori & posteriori cura filij hominū obseruantur.  
 ¶ Forte pro iniuria oppressis quis dicat. Inter pau-  
 peres & pauperes nullum discrimen. Non renitor.  
 Quin tu ob id potius ad misericordiā extimuleris.  
 Nam si tanta eorū qui iniuria affecti, habetur ratio,  
 quāto maior erit gratia eorū qui bene agunt. Enim-  
 uero qui ignominia afficit pauperē exacerbat facto-  
 rem illius, & honorat factorē, qui fouet facturā. Rur-  
 sum cum audis Pauper & diues obuiauerunt sibi,  
 utrunq[ue] autē fecit deus, non illum quidē pauperē  
 hunc autem diuitem factū existimes, ne minus, im-

mo magis exurgas pauperi. Nondū enī manifestū,  
an diuinitus a deo sit huiusmōi diuisio. Certe utriq;  
similiter sunt creatura dei, quāuis inæqualia, q̄ foris ap-  
parēt, ut sic misericordia & fraternus amor tibi con-  
cilietur. Et si te inflant externa, habeas unde humili-  
eris, si alq; te ipso moderatior. Et quæ p̄terea ait. Qui  
miseretur pauperi, scenerat̄ deo. Quis talem debito-  
rem recusaret, redditurū in tēpore sortem & usurā.  
Elemosynis & fide purificantur peccata. Quocirca  
miseremur alijs, ut purificemur, bonaq; hac herba,  
sordibus & inquinamentis animarū nostrarum ab-  
steris dealbemur. Alij quidem ut nix, alij autem ut  
lana, quicq; pro suæ misericordiæ modo. ¶ Dicā &  
terribilius quid. Si nulla tibi est cōfractio, nulla cic-  
atrix, nulla plaga tumens, sed ne ulla quidem animæ  
lepra, aut tactus qui in lege notatur, aut perlucidum  
quid, quæ lex parū mundabat, At Christo curatore  
opus habes. Venerare eum, qui pro nobis uulnera-  
tus est & languit. Veneraberis autē si in mēbra Chri-  
sti benignus eris & humanus. Quod si forte anima-  
rum nostrarū prædo ille & tyrannus intantū te uul-  
nerauit, uel a Hierusolymis Hierichunta descenden-  
tem, uel aliunde adortus inermem & non accinctū,  
adeoq; ut dicere possis Corruptæ sunt & putruerūt  
cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ. Qui morbus  
si in tantū inualuit, ne uel curationem inquiras, uel  
uiam aliquā curationis exploratam habeas. Heu

p̄s 3A

*Sanus uenerare dū. quomō.*

quantā plagā. Vere in profundum miserix uenisti.  
 Sin nondum totus desperasti, nec prorsum es imme-  
 dicabilis, accede ad medicum, precare. Cura uulne-  
 ra uulneribus, cura paria paribus, immo cura mino-  
 ribus maiora. Dicet animæ tuæ salus tua sum ego,  
 Et fides tua saluum te fecit. Et ecce sanus factus es.  
 & nulla non humanitatis uerba, modo curæ tibi sit  
 humanitas in afflictos. Beati inq̄t misericordes, quo-  
 niam ipsi misericordiam cōsequētur. Vbi multiplex  
 in beatitudinibus misericordia. Et Beatus qui intel-  
 ligit super egenū & pauperem. Et. Iucundus uir qui  
 miseretur & dispensat. Et toto die miseretur & feng-  
 ratur iustus. Rapiamus beatitudinem. Vocemur in-  
 telligentes, Simus Iucundi. Ne nox quidem miseri-  
 cordiam a nobis auellat. Ne dicas redi, & cras da-  
 bo tibi. Nihil inter poscentis accessum & benefi-  
 cium intercedat. Moram sola nescit humanitas. Fran-  
 ge esurientibus panem tuum, & pauperes tecto ca-  
 rentes induc in domum tuam, idq̄ alacriter. Qui  
 enim miseretur, inquit, in hilaritate. Et in animi  
 promptitudine duplex erit bonum, Nam cum tris-  
 titia uel uiolenter datum, gratiam amittit & suum  
 amittit decorem. Beneficentia festiuitate adorna-  
 da non turbanda est. Si abstuleris a te uinculum  
 & ordinationem, (rem paruam magnifice loquor,) &  
 probationem inquam, & ambiguitatem & uerba  
 murmuris. Quid fiet? tanquam magnum quid,  
 & admirabile quiddam. Quanta illius merces?

ps

Math 5.

ps 20  
411

+

Haic 58

*Esais 58*

Erumpet matutinū lumen tuū, & sanitates tuæ cito orientur. Et quis lucis desiderio non tenetur. ¶ Veneror autē & Christi marsupium, quod nos ad pauperum educationē hortatur. & cōcordem Petri & Pauli sententiā, quibus in euangelio separatis pauperū cura cōmunis fuit. & iuuenis perfectionem quæ definit & statuit. ut nostra pauperibus, distribuantur. Existimas fortē non necessariā tibi hanc humanitatem, sed consultam, nec esse præceptū, sed admonitionem, id quod & ego sentiebam & suspicabar. Verum terret me sinistra manus, & hedi, & quæ a iudice, qui statuet, improperatur. In hunc enim ordinem condēnantur, non quod diripuerint, non quod depredati, non quod mœchati, neq; quod aliud quid prohibitū patrarint, sed quod Christū in egenis non curauerunt. ¶ Quapropter mihi credite serui Christi fratresq; & coheredes, dum adhuc tempus est. Christum uisitemus, Christum alamus, Christum induamus, Christū hospitio excipiamus Christum uenemur, non mensa solum ut quidam, neq; ungentis ut Maria, neq; sepulcro, ut Ioseph Arimathæus, neq; alijs sepulcralibus ut Nicodemus, qui dimidiate diligebat Christum, Neq; auro & thure & myrrha, ut magi ante illos de quibus locuti sumus. Quādoquidem misericordiā uult & nō sacrificium ille omnium dominus. Et quia multo melior est misericordia, quam multa millia crassorum agnorum, hanc ipsi offeramus in egenis, alijsq; nunc humi abiectis, ut cum

hinc

*Ad miam Exhortatio*

hinc migrauerimus, accipiāt nos in aeterna tabernacula. In ipso Christo dño, Cui gloria in secula. Amen

## FELICITATI PEUTINGERAE

Virgini, Io. Oecolampadius.

Sa. in Christo,

**N**on est, quod turberis in sermone hoc, Virgo Felicitas, nec quod auerferis. Castus est, sanctus est, angelicus est. & in summa ne quid abhorreas, totus uirgine dignus est. Virgines sponso adornat. Virginum coelestes nuptias praedicat. Virginitas antiqui hostis insidias detegit. idque mira breuitate. Eum tuae pudicitiae nuncupamus siquidem & tu id quod e patre tuo, Chunrado Peutingero doctissimo clarissimoque Augustanorum scriba intelleximus aethereum sponsum inquiris. Quem si nondum inuenisti, ijs te praecipitunculis appara, ut inuenias. Si iam inuentus est, non ideo contempnas, nam sic quoque documentis opus, ne aliorum te, malignus agat aemulus, & quod grauissimum ne a sponso auellat. Tu ne pericliteris, ea quae sponsi sunt cogita, lege, audi, amplectere, & persequere. Vale.

*Conrado Peutinger*

## DIVI GREGORII NAZANZENI

Episcopi, & Theologi, ad Virginem ad-

monitorius. Ioan. Oecolampadius

dia interprete.

f

**V**irgo sponsa Christi, Sponsum tuū semp glo-  
ritica. Te ipsam in uerbo & sapiētia excole,  
ut luculenta apud fulgidum uiuas in seculū. Longe  
enim præstantius est connubiū illud quam terrenū.  
Adhuc in corpore constituta intellectuales uirtutes  
imitare. & adhuc super terrā, in angelicam transi ciui-  
tatem. Quid eni hic, nisi uinculū & solutio, & quod  
corpora e corporibus nascuntur? At sursum, unitas  
quæq; nō dissoluitur. Spiritus & ignis, ministri man-  
datorū dei, primi radios purę trinitatis in se excipiūt.  
Materia autē corporalis, quæ natura semp fluxa, mi-  
sturam amat. Eam deus certis limitibus, data nupti-  
arum lege circūscripsit. At tu cum materiæ opus effu-  
geris, superisq; quemadmodū mens menti, diuina  
cōuenientissimæq; copulatione coaptata sis, expugna  
carnem, iuua imaginē. Conditione eni tua, spiraculū  
es dei, deteriori (carni scilicet) adligatū, ut cum pulue-  
rem spiritui recte subiectū, in superna euexeris, ex lu-  
cta & uictoria coronam accipias. ¶ Laudatæ sint nu-  
ptiæ, sed incorruptio nuptiis p̄feratur, Nuptiæ, indul-  
gētix sūt p̄urbationis. Castitas autē, serenitas & splē-  
dor. Nuptiæ parentes sunt, sanctorū. Castitas autē sa-  
crificiū. Castitatē olim opportunis tēporibus uene-  
rabantur. Adam, in paradiso. Moyses, legē incipiēs,  
& Zacharias pater p̄cursoris, in ministerio. Nuptiæ  
tameſi carnis feruori ancillentur, radix tamen sunt  
sponsæ dei. ¶ Olim cū esset lex & umbræ, & tēpora-  
riæ cæremonia, primatū tenebāt nuptiæ, tanq̄ apud

Nuptiæ  
Castitas

eos qui necdū puericiam exuissent, postq̄ uero emi-  
 grauit litera, proq̄ ea subintroductus est spiritus, &  
 Christus, qui ex uirgine processit, in carne passus est,  
 tunc effullit castitas. q̄ diuisit mundū, quē simul cum  
 Christo ascēdente transire oportet. ¶ Recta incedis  
 uirgo. In mōte saluā te fac. Sodomā ne respexeris, ne  
 & tu in statuā salis obdurescas. Non te supra modū  
 exterreat imbecillitas carnis, sed caue nimium confi-  
 das, ne aliquādo excidas. Fauilla accēdit calamū, flā-  
 mam restinguit aqua. ¶ Multa sūt uenerāde uirgini-  
 tatis medicamina, nempe timor dei, q̄ te solidet, ieiū-  
 niū quod te extenuet, uigilię, p̄ces certis horis dicē-  
 dę, lacrymę, humicubię, amor integer, inq̄ deū syn-  
 cēriter ordinatus, quiq̄ sopiat om̄e deyderiū a sup-  
 nis rebus alienū. ¶ Qui cadit, erigat. Qui naufragiū  
 fecit misericordiā assequatur. Tu cum feliciter nau-  
 ges, suspende uelū spei, contemptis ijs quę suscip̄ de-  
 cip̄ feruntur. Pauci strenue properant, plurimi male  
 currunt. Cecidit Lucifer, sed coelum est angelorū. Iu-  
 das proditor erat, sed undecim luminaria. ¶ Vnum  
 moneo, Totam te ipsam castam custodi uirgo, ne im-  
 maculatam Christi tunicā ulla in parte macules. Ocu-  
 lus tuus castus sit, lingua uirginescat, ne mens, ne ri-  
 sus, ne pes incōposite incedens, scorū sit. ¶ Stola tu-  
 am obsoletā, & comā squalentē magis quā uniōes &  
 sericos ornat⁹ ueneror. Pulcher flos uerecūdia, Egre-  
 giū ornamētū pallor, Speciosū monile uirtutes, q̄ te  
 oēs coronēt. Alia imaginē a deo acceptā adulteret,

Gij 19 d

Virginitatis medicina

Oculus  
Lingua  
mens

Ornatus

cuius latentem intrinsecus turpitudinē animata con-  
scientiæ tabula accusat. At tuæ formæ uenustas maxi-  
ma ex parte mortificetur, ut pulchritudo animi deo  
se exornantis enitescat. ¶ Aspectum uirorū fuge, et si  
honestas permittit, etiam castorū, ne uel quem percu-  
tias, uel a quo piā percutiare nota Belial. Ne tu aspe-  
ctum aspectui tradas, ne uerbū uerbo nexas, Ne ge-  
næ genis libertatem tribuant. Nihil tibi sit cum gu-  
stu ligni uetiti, ne & tibi serpens ligno, uitæ usum au-  
ferat. ¶ Et hoc animo aduerte uirgo, ne cohabites  
proditori. Nam cum sis sponsa Christi, castimoniæ  
tuæ serpens æmulus insidias tendit, Cum carnem ef-  
fugeris, quid ad carnem redis: fulgorem tuū non om-  
nes capiunt. Sicut rosa inter spinas uersaris, & super  
laqueos malignos pertrās. ¶ Alius paret thalamū,  
& sponsum efferat, ille sit pater, hic uero prorsum  
orbis, At quantū malum, dolores partus: quantum,  
æmulatio, ne qua thori furetur amicitia: dein quan-  
tum educatio, & disciplina, proq; ijs ignominia affi-  
ci, & acerbis laborū retributiones accipere. Cæterū  
tuā unica cura sit ad Christū respicere. ¶ Vere item  
uili regmine, & cibo modico. Hinc enim tentatur  
Christum aggredi ausus, petens, ut famelicus lapides  
in panes uerteret. Propterea tamen nequāq; tibi time-  
as, quasi triste aliquid expectandū. Credentibus lecy-  
thus olei nō deficit, Coruus te pascet, sicut Eliam in de-  
serto. Scis Theclam ex igne & bestijs ereptam. Scis  
Paulū illum magnum, fame sitiq; affectum. Discas

*Coniugū pericula*

*Temperantia*

*Matth 2*

*Thyda  
Paulus*

& tu uirgo ad deum solum respicere, qui in eremo  
 multa millia pauit. ¶ Marcescit flos, Præterit gloria,  
 Diuitijs affluentibus nihil fidendum. Potentē esse,  
 paucorum est. Tu igitur cum mundanas humilescq;  
 delicias effugens, ingredi in sancta sanctorum. Ibi  
 cum angelis incessabilem ridens saltabis choream.  
 longe meliorem sortita locum quam uel filij, uel fi-  
 liæ. ¶ Et nunc o uirgines, uigiles expectate Christū,  
 sponsumq; lucentibus lampadibus excipite, ut cum  
 ingressæ fueritis, pulchritudinem thalami spectan-  
 tes, mysterijs superiorum misceamini.

IACOBO SPIGELIO, CON-  
 sultissimo iurisperito, Oeco-  
 lampadius. S.

**V**etus illa, mi Spigeli, atq; constans familiaris-  
 tas, & tecū, & cum auunculo tuo Vuinphlin-  
 gio integerrimo illo theologo, facit, ut tibi, quē atra-  
 tum incerentemq; conspico, ob Maximiliani Opti-  
 mi peculiariterq; tui Cæsaris obitum, παραμνησόντι  
 offerendum putem. Non quod nostris opus habeas  
 consilijs, id enī esset noctuas Athenas mittere, quod  
 aiunt. Tristitiam enim tuam rerum necessitas, natu-  
 ræq; debitum mitigant, Lacrymas tuas musæ deter-  
 gunt, Singultus tuos lectio tum uaria tum erudita si-  
 stit, Et ne multa. Animus uirtute instructus, seq; ipso  
 munitus expugnat, ne dum premit, ut ille inquit, al-  
 f iij

3 Tristitia impulsio

to corde dolorem. Verum enimvero, id officij, pul-  
latis amicis, tametsi nonnunquam ut superuacaneū,  
ciuiliter tamen impenditur, Quamobrem nec mihi  
intermittendū, Porro tecum neq̄ rethoricari, qui id  
nesciam, neq̄ uulgaribus (quod plane non debeo) lo-  
cis agere uolo, sed ne non officiosus sim, eloquētissi-  
mū hunc παρὰ κλητ̄ρα δσχιυι, qui tecto artificio meas  
partes agat. Hic est Gregorius ille Naçançenus, cu-  
ius sermonē de laudibus Maccabæorū, utcunq̄ lati-  
num, legendū sub hoc iusticio, tuæ humanitati offe-  
ro, nihil ambigens eum luctui idonea remedia alla-  
turū. Nam qui horum martyrū flagratissimos ad in-  
uadenda tormēta & mortem animos secū perpēde-  
rint, nō mirum, si mortem & terrena quæuis, spe re-  
surrectionis, ne pili quidem faciant. Insuper & alio  
nomine gratificari cupio, nempe ut tuo hic genio sa-  
cratus inuulgetur. uidebor etenim sic nihil, quod ad  
amicitiæ rationem attinet prætermittere. Quam &  
tu mutuiter fœueas precor. Vale. Augustæ Anno  
domini. M.D.XIX. XII. Kalen. Martij.

DIVI GREGORII NAZAN  
zeni laudes Maccabæorum  
Oecolampadio  
interprete.

**A**T quid de Maccabæis, quorū hodierna est  
solennitas: si, quamuis a nōnullis, minus ho

norifice coluntur, quod non post Christum certaue-  
 rint. Veneratione tamen omnium digni sunt, quod  
 pro paternis legibus uiriliter egerunt. , Qui enim an-  
 te passum Christum tam alacriter pertulere martyri-  
 um, quid facturi erant, si post Christum, ipsiusq; pro  
 nobis mortem imitantes, in persequutores incidis-  
 sent. Nam si absq; tanto exemplo, tanta uirtute cla-  
 ruerūt, quo pacto, in periculis propositis, quem imi-  
 tarentur, nō apparuissent multo generosiores. Enim  
 uero occultus, & arcanus hic sermo, mihi tamen, om-  
 nibusq; dei cultoribus admodū persuasus, nullum  
 ex ijs qui ante Christi aduentum occisi sunt, absq; fi-  
 de in Christum tale quid perpessum. Verbum enim  
 crucis quod posterioribus seculis liberius prædica-  
 tum est, antea etiam ijs qui puriori essent animo ma-  
 nifestabatur. id quod ex multis liquidum, qui ante  
 Christum, id genus honoris assequuti sunt. Non igitur  
 despiciendi, quod ante crucem tales fuerint, quin  
 multo magis commendandi, quod crucem tulerint,  
 digniq; sint, qui huiusmodi sermonibus ornentur, nō  
 quod illis gloria hinc accrescat. (Quæ enim accresce-  
 ret tam præclare gestis insignibus,) sed ut quos præ-  
 dicamus glorificentur, & q; audiunt, memoria tan-  
 quam stimulo ad similia obeunda excitati uirtu-  
 tem æmulentur. Illi quales fuerint & unde, &  
 qua institutione, disciplinae principio impulsī, in  
 tantam tum uirtutem, tum gloriam progressi sint,

adeo ut & anniuersarijs illis pompis festiuitatibusq;  
colantur, & in omniu mentibus prater hanc quæ ui-  
dentur, maior de ipsis opinio insideat, liber Macca-  
bæorū manifestabit discendi auidis laboremq; non  
subterfugientibus, liber inquam, ille qui docet rati-  
onem esse magistram perturbationū, & dominam  
quæ in utramuis inclinēt, uirtutem uel maliciā. Qui  
liber cum alia quoq; non pauca martyria percenseat  
illorum tamen certaminibus potissimū immoratur,  
de quibus mihi tantū dixisse sat fuerit. ¶ Eleazarus pri-  
mitiq; eorū qui ante Christum passi, sicut Stephanus  
inter eos, qui post Christum, uir, sacerdos, & sene-  
cta uenerabilis, canus capillicio, canus & prudentia.  
Prius quidem pro populo sacra faciebat, & precaba-  
tur, iam uero & semetipsum sacrificium perfectissi-  
mum quod omnē populū purificaret deo obtulit.  
Idoneū certaminis exordiū, exhortatioq; loquēs si-  
mul & tacēs. Adduxit autē & illos septē pueros, eru-  
ditiōis suæ specimina, hostiā uiuā, sanctā, beneplaci-  
tam deo, omni legali sacrificio illustriore mūdiorēq;  
Recte eni patri accepta feruntur quæ a pueris mori-  
bus optimis instructis, iustissimisq; præclare gesta  
sunt. ¶ Pueri ibi nobiles & magnanimi, generosæ  
matris generosa germina, candidati ueritatis pugi-  
les, excelliores quam Antiochi tēpora ferrent, Mo-  
saicæ legis discipuli germani. Patriarū cōsuetudinū  
custodes solliciti. Numero etiā apud Hebræos ob-  
quietis Septenarij mysterium uenerabili, celebres.

Vnus

Vnus illorū erat spiritus, Vnum scopum spectabāt,  
 Vnam uitæ uiam sciebant, moriendum pro Christo,  
 Fratres non minus animis quam corporibus, Mor-  
 tem mutuiter æmulabantur. Tormenta tanquā the-  
 sauros præripere quicq; studebant. Orem mirandā,  
 Adhuc magistra lege alij pro alijs pericula subibāt.  
 Poenas quæ negabantur magis quam quæ propone-  
 bantur formidabant, fortassis & requirebant, Vnū  
 hoc ualde metuētes, ne forte tyrānus puniendo defi-  
 ceret aliquibus ipsorum nondum coronatis, sicq; in  
 fortunatam uictoriam assequuti, extraq; patien-  
 di cō-  
 stituti periculum, a fratribus inuiti seiungerentur.  
**M**ateri ibi aderat uirago, & generosa. Puerorum si-  
 mul & dei amatrix. Rumpebātur materna uiscera, nō  
 ut naturæ fert ratio, nihil enim miserabatur filiorum  
 cruciatus, sed angebatur animo, ne non paterentur.  
 Non tantum ipsi desyderiū eorum qui migrauerāt,  
 quāta uota, ut superstites adijcerentur, de quibus &  
 amplior, quam de ijs qui iam transierant sermo erat.  
 illorum enim anceps certamen, horum secura abso-  
 lutio, illos iam deo adiunxerat, hos ut deus acciperet  
 curabat, O uirilem in muliebri pectore animū, O sine-  
 gularem, promptæq; mentis oblationē, O uere Abra-  
 hamicum sacrificium, nisi forte & maius quid fide-  
 ter, dicēdum, Abraham unum alacriter obtulit, et si  
 unigenitū, & ex promissioe natū, & cui debebatur,  
 promissio, & quod rarius, non solum hoc unigeniti  
 erat sacrificium, sed huiuscemodi sacrificiorū primie

uæ, & radix. At hæc, oëm filiorū populū deo sacrificā  
uit, uincens tā sacerdotes, quā matres, uictimis ad oc  
cisionē p̄pensis, holocaustis rōnalibus, sacrificiisq̄  
sele sollicitatibus. Ipsa mōstrabat ubera, In memoriā  
reducebat educationē, Caniciē et senectā, ut exorabi  
liores faceret p̄tendebat, Nō ut salutē quereret, sed ut  
ad passionē sollicitaret. Nec mortē sed morā, pericu  
lū existimabat. Ipsam nihil flecebat, nihil mollebat  
nihil ipsius etiam minuebat audaciā. Non catastæ  
protēæ, nō rotæ p̄positæ, nō trochanteres, non cata  
pultæ, nō ferrearū ungarū acies, nō gladij qui acue  
bātur, non lebetes q̄ feruebāt, non ignis q̄ excitabāt  
nō tyrannus minax, non carnifex urgens, nō cogna  
ti spectantes, nō membra lacera, non carnes cesæ, nō  
fluentes riuī sanguinis, non iuuenta, quæ absumeba  
tur. Sed neaspera quæ iam uel præsentia uel quæ ex  
pectabātur. Periculi etiā cōtinuatio alijs grauissima,  
ipsi leuissima uidebatur, Oblectabāt spectaculo, &  
prope passiōibus occallescebat. Iam non solū tanta  
uarietas tormentorū, perinde atq̄ nihil admoueret  
contēnebat, sed & multiformes p̄sequutoris sermo  
nes, Qui cōuiciabatur, minabatur, blādiebatur & qd  
non tentabat, ut uoti cōpos fieret. ¶ Puerorū etiam  
respon̄sa ad tyrannū tantum p̄seferēbant sapientiē &  
ingenuitatis, ut oīa aliorū bene gesta, si in unū cōpo  
nantur, & cum illorū conferantur fortitudine parua  
sint, sed & parua illorū fortitudo, si prudētiæ dictorū  
suorū comparet, soliq̄ ipsi inuēti q̄ tam strennue cet

tarent tamq̄ sapiēter responderēt, ad minas p̄sequu-  
 toris, & terrores imminētes q̄bus tamen minime su-  
 perabātur uel generosi pueri, uel parens generosior.  
 Ipsa enim superstes omniū, cum amaritudinē animi,  
 dulcedine amoris temperasset, semetipsam honeste  
 pueris parētauit, subsequuta eos quos paulo ante p̄g-  
 miserat. Et hoc quonāmodo. spōte periculis se inge-  
 rendo. At quali sermone funebri usa. pulchri quidē  
 sunt, adeoq̄ pulcherrimi, puerorū ad tyrannū sermo-  
 nes, nam q̄ non q̄n̄ ipsi aciē suā instruxerūt, & tyrā-  
 num debellatunt, materni uero primū consolatoriū,  
 dein funebres longe pulchriores. Quinā igitur pue-  
 rorū sermones. decet enī & uos, taliū non obliuisci,  
 ut sicut exemplū habetis certaminis, sic & sermonū  
 quos eo tēpore martyres loquebant. Alij autē aliorū  
 erāt, put quēq̄ uel p̄secutoris uerba, uel periculorū  
 ordo, uel animi alacritas armabat. Erāt autē si typo q̄-  
 dam effingere licet, eiuscemodi. ¶ Nobis, o Antio-  
 che, uosq̄ ceteri circūstantes, unus q̄dē rex est deus,  
 a q̄ facti sumus & ad quē redim⁹. Vnus itē & legisla-  
 tor Moyses, a q̄ nō deficiemus, quē nullo afficiemus  
 p̄bro, non, p̄ tot tāti uiri, p̄ uirtute picula, percq̄ multa  
 eius miracula, non, si etiā alius te multo truculentior,  
 Antiochus nobis cōmineat. Vna nobis securitas, mā-  
 datum obseruare, & legē qua muniti sumus nō p̄ae-  
 uaricari. Vna nobis gloria, mūdanā gloriā omnē cō-  
 temnere. Vnā diuitiā, quæ sperātur. Terribile nihil,  
 quā timere q̄d, plusq̄ deū. His rōnibus instructi, arma-  
 tiq̄sum⁹. Cū id gen⁹ adulescētib⁹ res tibi ē, dulce q̄d

dam est mundus iste, & natale solum, & amici, & cognati, & coætanei, & templū hoc tam magnū tamq̃ celebre, & festiuitates patriæ & mysteria, & om̃ia quibus reliquis gentibus superiores habemur, At nō dum deo, proq̃ honestate periculis dulciora. Ne tibi sic psuadeas. Alius etenim nobis est mundus longe excellior & sublimior quam hic quem cernimus. Patria nobis Hierusalem, quæ sursum est quam nullus Antiochus obsidebit cui nulla impendet desolatio, Ea tam ualida, & a seruitute tam libera, Cognati nostri, inspirati a deo, & quorum parens est uirtus. Amici uero, prophete & patriarchæ, a quibus ad nos pietatis ille typus manauit. Coætanei autem qui hodie nobiscū periclitantur, & fortitudine contemporanei sunt. Templo cœlum magnificentius. Festiuitas autem, angelorū tripudia. Mysterium unum magnum & maximū, multisq̃ incognitum. DEVS, ad quem & præsentia hæc sacramenta respiciūt. Desine itaq̃ polliceri tam parua, tamq̃ abiecta, Nō tam uilibus, nos honorari, nec tam detrimentosis, lucrū nos facere credimus. Non tam infeliciter negociabimur, Desine & minari, ne & nos contra minemur, arguentes impotentiam tuam. Sunt etiā nobis puniendi instrumenta. Habemus ignem, quo persecutores nostros puniemus. Putas tibi bellū esse cū gentibus & ciuitatibus, effeminatissimæ regibus, quorum alij fortasse uincunt, alij forte uincuntur, quæ nō multum referunt, At contra legem dei struis aciem,

cōtra tabulas a deo sculptas, cōtra leges patrias & ra-  
 tione & tēpore honoratas, contra fratres septē uno  
 anio cōiunctos septē triūphis te infamatuos quos  
 si uinces, nihil egregiū cōfeceris, sin succūbes, plane  
 nō sine turpi dedecore. Illorū nos sumus genus &  
 discipuli, q̄bus columna ignis & nebulæ iter paraue-  
 runt, quibus mare diuisum est, & flumē constitit &  
 sol retrocessit, & pane pluit, & manus precātis exten-  
 se multa millia in fugā uerterunt & fuderunt. A qui-  
 bus superabantur bestia, & quos ignis nō tangebatur,  
 a quibus & reges tantę uirtutis admiratiōe capti ab-  
 stinuerūt. Dicamus autē aliquid & tibi cognitū. Ab  
 Eleaçarō initiati sumus, cuius tibi cōperta fortitudo.  
 Prior certauit pater, certamini succedūt filij, Abiūt sa-  
 cerdos, subsequētur & sacrificia. Multū terrere te pu-  
 tas, nos lōge plura ferre parati sumus. Superbe quid  
 apd' nos minis te effecturū credis? Aliqua ne ex par-  
 te cessuros nos speras? Nihil fortius, ijs q̄ omnia ferre  
 parati sūt. Heus lictores, qd paratis? quid recusatis?  
 quas ad tam iucundū mandatū moras nectitis? Vbi  
 enses? ubi uicula? op̄to celeritatē, magis ardeat ignis,  
 magis imperāt bestia, Tormēta curiosius quā opus  
 exquisita, Regia omnia sunt & supra modū precio-  
 sa. Ego primogenitus sum, primū me sacrificia. Ego  
 postremus, immutetur ordo. Sit quis & mediorum  
 primus, ut honoribus coæquemur. Parcis adhuc &  
 expectas, an forte contrariū dicturi simus? Eūdem  
 sermonem denuo & sæpe repetimus. Pollutis & im-

mūdis nō uelcemur. Non imponemus thura. Facili-  
us tu nostra ueneraberis, quā nos tua. Summa sermo-  
nis, Vel noua tormēta excogita, uel scias q̄ nūc admo-  
uent cōtemni. ¶ Ita tyrannū cōpellabant. ceterū quē  
mutuū loquebant, quæq; de se p̄bebant spectacula  
mirū quā pulchra, quā sacra, quā digna ut ab oibus  
dei cultoribus & spectent & audiātur, Ego ipse rem  
sola memoria p̄tractās, uoluptate p̄fundor, cogitatio  
neq; certātib⁹ adsum, & narratiōe accendor. Ample-  
ctebant se mutuiter & circūibant. Quatio erattanq; cō-  
fecta essent certamia. ¶ Eamus, clamabāt, o fratres  
eamus in pericula. Urgeamus quoad excādescit con-  
tra nos tyrānus Nihil nos mulceat, salutis nullā facie-  
mus iacturā. Epulū nobis p̄positū est, ab illo ne ab-  
esse poterimus. Pulchrū eqdē cohabitare fratres, cō-  
uiuere, cōglobari cōtra hostes. at pulchrius p̄ uirtute  
simul periclitari. Nos quoq; si licuisset, corporib⁹ no-  
stris p̄ legibus patrijs certassem⁹, Est enī & hęc mors  
suis digna laudibus. Verū quia deest oportunitas,  
nostra offeramus corpora. Quarenam. Si nunc mor-  
tem effugimus immortales nē erimus. & quod nati-  
uitati debet, nō reddemus. Ambiamus, quod neces-  
sitas cogit, Cauilemur inducias. Quod cōmune oīm  
est, propriū faciamus. Vitā morte mercemur. Nemo  
itaq; nostrū uitæ sit auidus, nemo minus audeat. Ty-  
rānus i nos sœuiens, aliorū p̄cenas relaxet. Cruciatiū  
qdem ordinem ipse statuatur, nos feruidi & alacres de  
ea re nihil dissideamus, Qui primus, ceteris uia pan-

dat. Qui postremus certaminis sit signaculū. Nobis  
 hoc oibus infixū sit similiter, totam domū nostrā co-  
 ronandā, ne ulla nostri particula psequutori obuēni-  
 at, ut cum succensus malicia, in omēs tanq̄ in unū de-  
 bacchatur, p̄spiciū fiat oibus, fratres nos esse non na-  
 tiuitate sola sed & morte. Omnes tanq̄ unus, & pro  
 oibus singuli pericula subeam°. Eleāre suscipe, Ma-  
 ter subsequere. Hierusalē sepeli mortuos tuos magni-  
 fice, si sepultura interdicit, narra posteris n̄ra, osten-  
 de & tuis cultoribus plurimorū uirorū ex uno utero  
 editorū nobile atq̄ religiosum monumentū. ¶ Et  
 pueri qdē talibus dictis & gestis, sicut dentes ap̄ro-  
 rum inter se acuti, iuxta ordinem ætatis & equalitatē  
 alacritatis constātes, uoluptas & miraculū erant co-  
 gnatis, terror & stupor psequutoribus, q̄ cum contra  
 omnē populū exercitū mouissent, a concordia septē  
 fratrū unanimitate adeo cōfracti sunt, ne ipsis, ulla de  
 alijs spes foret residua. ¶ At inclyta uere iudicorū tanta  
 q̄ ac tali uirtute conspicuorum mater°, magnanimū  
 quoddā & mirū legis animal, tū simul & gaudio &  
 merore replebat, stans in medio duarū affectionū  
 campo, hinc gaudebat & ob uirilītatē & ob ea q̄ cer-  
 nebat, hic formidabat ob nimietatē tormētōrū immi-  
 nentiū. Et sicut auis, ad reptante ad pullos serpēte uel  
 alio q̄piā insidiaturo, obstridebat, supplicabat, simul  
 certabat, & qd nō. quod ad uictoriā instrueret, Rapie-  
 bat cruoris guttas, Colligebat absēctas mēbrorū p̄ti-  
 culas, Adorabat reliq̄as, uni loq̄batur, aliū offerebat,

Alium armabat, Insonabat omnibus. Eia o filij, eia o  
incljti uictores, eia incorporei prope adhuc in corpore.  
Eia defensores legis, meæq; canicie & ciuitatis, quæ uos aluit & ad tantam uirtutis gloriam produxit. Adhuc parum & uicimus, fatigatur tortores, Hoc unum est, quod timeo. Adhuc parumper, Beata ego inter matres, beatiq; uos inter iuuenes. Matrem desiderate, non uos relinquam, non enim mihi tam exosi estis filij. ¶ Posteaquam uero uidit occisos, & completo martyrio adesse securitatem, tum caput festiue sustulit, ueluti quæ in olympijs uincit. Et sublimē quiddam sentiēs, altaq; necnō & clara uoce, manibus in cœlū expassis ait. ¶ Gratias ago tibi pater sancte, tibiq; o magistra lex. & tibi pater noster q ante filios tuos prior certamē iniuisti o Eleagare, quod partus mei fructū accepistis, & quod facta sum mater matribus omnibus beatior. Nihil reliqui mūdo. Thesaurū meū. Spem quæ senectā meam pascebat. Omnia mea deo tradidi. Quā magnifice honorata sū. Quā rarū senectutis alimentū, sortita sum. Recipio nutrimentū mercedē o Filij, Vidi pro uirtute uos certantes omnes, Coronatos spectauī. Tortores aspicio ut benefactores, Tyranno etiam obseruatū ordinem, ferme gratias me debere fateor, quod me postremam periculis reseruauit, quod prius spectaculo i sobole mea habito, in unoquoq; filiorū certauī, ut sic omnino securā perfectis sacrificijs adiungar. Non uellicabo capillos, non dirumpā stolam, non secam carnē unguibus,

bus, non ingeminabo lamenta, nō aduocabo lamen-  
 tatrices, Non includam me tenebris, ut & aer mecū  
 lugeat, non expectabo consolatores, non proponam  
 panem luctus, id quod ignobiles matres, & quæ so-  
 lius carnis sunt matres facere cōsueuerunt. Illarū pu-  
 eri sine digna memoria decedunt. Mihi autem non  
 estis mortui, Charissimi filij, immo multū cōmodi  
 accepistis, nō me reliquistis, sed p̄teristis, nō deflo-  
 ruistis, sed solidati estis, nō uos rapuit bestia, nō sum-  
 merisit unda, non discerpsit latro, non dissoluit mors  
 bus, non absumpsit bellum, necq; aliud quid uel ma-  
 gnum uel paruū quod hominibus accidit. Lachrima  
 rer profecto & immodice, si quid huiuscemodi uo-  
 bis contigisset, & tam lacrymis tum indulsissem quā  
 nunc amatrix filiorū lacrymas nescio. Sed & hæc te-  
 nuia sunt, uere deplorare uos debebā, si male salui fu-  
 issetis, si tormentis uicti, si uos quis ulla ex parte do-  
 muisset, uti persecutores uicti sunt. At nunc celebri-  
 tas, gaudiū, gloria, tripudia, festiuitates sup̄stitibus,  
 ego enim & uobiscū immolabor, In ordinē Phigees  
 cooptabimur, cum Anna glorificabimur. At quantū  
 ille: unus, nos autem tot & tanti, æmulatores, scorti-  
 cidæ non corporū sed animarum fornicationem cō-  
 fodimus. Et hæc quidem, unū a deo nuper natum, &  
 talem, ego autem, iam uiros, & septem illosq; uolun-  
 tarios deo sacrificauī. Funebrem meā compleat Hie-  
 remias nō lugens sed laudans sanctam mortē. Niue  
 candidiores fuistis, lacte coagulatiores, ordo uester

apud deum dispositus aptius, quā Sappirus lapis  
Quid plura? Appone tyranne & me pueris, si qua  
apud inimicos gratia, quo certamen tuū decentius  
sit. Utinam per omnia tormentorum genera uadens, cru-  
orem meū, cruori meorum, & uetula hanc carnem, il-  
lorum carni admiscuissem. Grata mihi sunt etiā pro-  
pter filios tormenta. Quod si nihil tale, uel saltē pul-  
uerem pulueri, uel unū nos excipiat sepulcrū. Ne in-  
uideas æqualis glorię mortē, ijs qui uirtute pares fu-  
erūt. Gaudete o matres Gaudete o filij. Sic enutrite  
eos qui uobis nascuntur. Sic educate, Pulchrū uobis  
certaminis exemplū pretulimus. ¶ Talia dicebat, &  
seipsam adiciebat pueris. Quonāmodo? Nam cum  
igni adiudicata esset, ad rogam tanquā thalamum cu-  
currat, non expectans eos qui ducerēt, ne sanctū &  
generosum corpus, inquinata carnificū membra tan-  
gerent. ¶ Sic sacerdotio suo functus est Eleazarus, coe-  
lestibusque mysterijs & initiatus est & initiauit, sancti-  
ficauitque Israelē non exterioribus aspersionibus, sed  
proprio sanguine, quin & mortem finale mysterium  
fecit. Sic pueri, non adolescentiæ uoluptatibus serui-  
erunt, sed affectionū magistri, corpus purificatū ad  
impassibilem uitam transtulerūt. Sic mater usum foe-  
cunditatis suæ accepit, ut & uiuentibus filijs adornare-  
tur, & cum migrantibus quiesceret. Quos genuerat  
mūdo, obtulit deo. Quot partuū dolores sensit, tot  
& certamina numerauit quæ a primo usque ad extre-  
mum filium experta. Et sicut in inundatiōe fluctus,

fluctum impellit, sic & ipsa alijs atq; alijs argumen-  
 tis uirtutē suam declarauit, a deoq; alacritate patien-  
 di ex prioribus pœnis corroborabatur, ut tyrāno per  
 quam gratū fuerit, illā non plurium puerorū esse ma-  
 trem, immo discessit confusus & uictus, & tum pri-  
 mum didicit, quod nō omnia posset armis, quando  
 in pueros, inermes, solaq; religione armatos incidit,  
 qui omnia potius quam sua imperata facturi erant.  
**H**oc sacrificium, multo magnificentius & tutius,  
 quam illud leptae. Non enim necessariā faciebat ob-  
 lationem, sicut ille ex promissionis feruore & despe-  
 ratae uictoriae desiderio, sed erat spontaneū, solamq;  
 sperandorū mercedem spectabat. Hoc nec Danielis  
 certamine ignobilius, qui leonibus ut deuoraretur  
 traditus, manibus extensis feras māsuēfaciebat. Hoc  
 nec inferius quam certamen adolescentū Assyriorū,  
 quos angelus refrigerabat in igni, eo quod lege pa-  
 terna seruata cibum pollutū & prophanum non atti-  
 gissent. Hoc nec sacrificijs eorū q; post Christū glo-  
 ria inferius. Qui ut in exordio sermonis dicebā san-  
 guine effuso sequuti sunt Christum, fuitq; illis dux  
 certaminis, qui tantū pro nobis obtulit sacrificium,  
 quam obrem & minus sunt admirabiles, at his nulla  
 tantæ uirtutis exempla proposita fuere. **H**orū for-  
 titudinem admirata est Iudæa omnis & tanquā coro-  
 nata exultabat, & gestiebat. Fuit enim hoc maximū  
 omniū certamē, quibus unquam ciuitas seruata est.  
 Nam illo ipso die lex uel ruitura uel glorificāda erat,

Totiusq; hebraicæ gentis negocia in illo certamine  
perinde ac nouacula erant sita. ¶ Admirabatur autē  
& Antiochus minis in stuporem uersis. Nec minus  
hostes uirile robur admirabātur. Nam simul atq; fu-  
ror resedit, rem intra semetipsos diligentius perpen-  
derunt, adeoq; ut infecto negotio discederent. Quo  
factū est, ut magnopere Seleucū Antiochi patrē lau-  
darent qui tanto honore gentem, & tanta munificē-  
tia templū prosequutus fuisset. Acriter uero reprehē-  
derent, Simonem dedecoris & inhumanitatis illius  
authorē. ¶ Hos imitemur & sacerdotes, & matres  
& pueri. Sacerdotes quidem Eleaçari honorem, qui  
spiritualis pater tum uerbo tum opere quod opti-  
mum præmōstrabat. Matres autem generosæ illius  
Viraginis gloriam, ut comprobentur ueræ liberorū  
amatrices, Christoq; sobolem suā dedicent, eiusmo-  
di sacrificio nuptias sanctificaturę. Pueri deniq; san-  
ctos illos uenerentur, & floridam ætatem nō in tur-  
pitudinibus, sed in domandis affectionibus trāsmi-  
tant, uiriliterq; aduersus Antiochum pugnent, q; eti-  
am hodie omnia membra infestat atrociter. infectan-  
do. Desydero enim omni tempore, & modis omni-  
bus in om̄iq; genere & ætate, quæ uel manifeste uel  
clanculū experitur insidiatores, athletas nostros uete-  
rum recentiorumq; historijs iuuare. Et undequaq;  
uelut apicula colligere, quę magis utilia, in unius alue-  
arij foetura m̄ & mellificium, ut & in ueteri & in no-  
ua lege glorificetur deus in nobis, qui in filio & spi

ritu sancto glorificatur. cognoscitque suos & a suis cognoscitur, necnon & se confitentes confitetur, & se glorificantes glorificat in ipso Christo. Cui gloria in seculum Amen.

VITA DIVI GREGORII PER  
diuum Hieronimum in catalogo ecclesiasticorum scriptorum.

**G**regorius, primū Sasimorū, deinde Naſianzeſis episcopus, uir eloquētissimus, præceptor meus, a quo scripturas explanante didici. ad triginta millia uersū omnia opera sua composuit, equibus illa sunt. De morte fratris Cæsarij. *πρὸς φιλοπρωχίας*. laudes Maccabæorū. laudes Cypriani, laudes Athanasij, laudes Maximi philosophi, post exilium reuersū, quē falso nomine quidā Heronis superscripserūt, quia est & alius liber, uituperationē eiusdem Maximi continens, quasi non licuerit eundē & laudare & uituperare pro tempore. Et liber hexametro uersu, uirginitatis & nuptiarū contra se differentiū. Aduersum Eunomiū liber unus, De spū sancto liber unus. Contra Iulianū imperatorē liber un⁹. Secutus est autē Polemonē dicendi caractere, uiuocq; se, episcopū in loco suo ordinans, ruri uitā monachi exercuit. Decessit q; ante hoc ferme trienniū sub Theodosio principe.

τέλος.

ERRATA EMACVLANDA.

- A. ij. pag. i. linea. xi. Iosum, lege solum.  
A. iij. pag. i. li. ij. pro e offer ant. lege se offerant.  
Eadē. linea. iij. pro sit alia. lege, est alia.  
Eadē. linea. viij. pro generis. lege, generi.  
Eadē. pag. ij. li. i. fermentor. lege, fermenter.  
C. i. pag. i. linea. xiiij. pro tamen quasdē. lege, tamen  
uestes quasdam.  
Eadē. pag. ij. li. xxiij. pro nene. lege, ne ita.  
D. iij. pag. ij. li. xiiij. pro primus. lege, prius.  
E. iij. pag. i. linea. xxij. abundat c amittit.  
F. ij. pag. ij. linea. xxij. pro tentatur. lege, tentator.  
G. ij. pag. i. linea. xxij. pro imperant. lege, impetant.

In officina excusoria Sigismundi Grim̃ Me  
dici, atq; Marci Vuyrsung Augustæ  
Vindelicorū. Anno salutifero.

M. D. XIX. decimo

quarto calen.

Apriles.

ANDA

olum.  
ge se offerant,  
lia.  
eneri.  
rmenter.  
ad dē. lege. tam  
ne ita.  
e, prius,  
ittit.  
e tentator.  
ge, impetant,

Grām Me  
Augustæ  
tūtero.

